

Dorn, Franz Xaver


Litaniae Lauretanae Ad Beatae Virginis, Caelique Reginae Mariae Honorem,
Et Gloriam Prima Vice In Domo Lauretana A Sanctis Angelis Decantatae,
Postea Ab Ecclesia Catholica Approbatae & Confirmatae, Symbolicis ac
Biblicis Figuris in quinquaginta septen iconismis aeneis expressae, &
secundum ordinem titulorum exhibitae Pia Meditatione Elucidatae, ac

Augustae Vindelicorum 1771

Asc. 1489

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10261928-0

VD18 13850288



ap

1789

<36612034800015




<36612034800015


Bayer. Staatsbibliothek

310


af







Lingua mea - meditabitur laudem tuam. Ps. 34.



Ego autem semper sperabo, et adiciam super omnem laudem tuam. Ps. 70.

LITANIÆ
LAURETANÆ

AD
BEATÆ VIRGINIS,
CÆLIQUE REGINÆ

MARIÆ

HONOREM, ET GLORIAM
PRIMA VICE
IN DOMO LAURETANA
A SANCTIS ANGELIS DECANTATÆ,

Postea

AB ECCLESIA CATHOLICA

Approbatæ & Confirmatæ,

Symbolicis ac Biblicis Figuris in quinquaginta
septem iconismis æneis expressæ, & secundum or-
dinem titulorum exhibitæ,

PIA MEDITATIONE

Elucidatæ, ac Expensæ

Biblioth.

A

Veratæ.

FRANCISCO XAVERIO DORNN,

Decano, & Prædicatore ordinario in Fridberg,

Editio Tertia.

Cum Licentia Superiorum, & Privilegio Cæsareo.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER, ET FILIORUM.
MDCCLXXI.

LITANIAE
LACRIMATAE

BEATAE VIRGINIS
CATHOLICAE REGINAE

MARIAE

HONORUM ET GLORIAM
PRIMA VICE

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

IN DOMINA
A SANCTIS
AB ECCLESIA CATHOLICA

Symbolum et Hymni in quibusdam
leptis locutionibus et de rebus
et de personis

PLA. H. W. D. L. T. A. T. I. O. N. E.
FINITUR

• Bibliothek •
• 1788 •

FRANCISCO XAVIERIO DORNIO
Decano & Prædicatori in Eibisberg

Edita

Con. L. A. M. A. S. U. P. E. R. I. O. R. U. M. V. I. N. D. E. L. I. C. I. O. R. U. M.

AUGUSTE VINDELIORUM
SUMPTIBUS MATTHIAS RIEGER, ET ALIORUM
MDCCLXXI



Staatsbibliothek

MÜNCHEN

APPROBATIO CENSORIS.

PAraphrasis hæc super Li-
tánias Lauretanás non
minus docta, quam pia, ac
ob præclaram eruditionem
ad potentissimæ Deiparæ
cultum, & devotionem in
animis fidelium uberius ex-
citandam apprime inserviens,
dignissima est, ut quan-
tocius in lucem edatur,
omniumque studiosorum,
ac Deiparæ cultorum tera-
tur

320
tur manibus, & linguis ce-
lebretur; sic censet, & vo-
vet Augustæ Vindellicorum
24. Junii 1750.

Imprimatur H. S.

NICOLAUS ANTONIUS SEIZ,

J. U. Doct. Sanctissi. Domini Nost. præl. Do-
mest. Eccl. Cathed. August. & Infig. Colleg.
in Haug. Herbip. Can. Reverendissi. & Se-
reniss. Princ. & Episc. August. Vic. in spiri-
tual. General.

FRANCISCUS JOSEPHUS


DE HANDL, SS. Theol. Lic. Rev.
& Sereniss. Princ. & Episc. August.
Concil. Eccles. Maj. Pœnit. & Lib.
Cens. nec non Infig. Eccl. Colleg. ad
S. Maurit. Canon. & Paroch.

Kyrie



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

KYRIE ELEISON.



Laudis ejus plena est terra . Hab. 3.

Kyrie Eleyfon!

Confideratio.

I.

I Mago repræsentat Sanctissimum Sacramentum in ara quadam Beatæ Virgini dedicata expositum, quod ab Ecclesia plerumque fieri solet, & quidem non absque causa. Nimirum MARIA à Sanctis Patribus vocatur templum & Ara DEI; ergo æquum est, ut DEUS suo locetur in Altari. MARIA nuncupatur arca fæderis: igitur in hac arca Divinum manna asseruari debet. Denique MARIA nominatur ager benedictus; decet itaque, ut fructus sanctissimus in agro Mariano appareat.

II.

Porro laus Mariana hodiedum per totum Christianum orbem ab omnibus fere linguis prædicatur, ita, ut cum veritate de illa dici possit: *Laudis ejus plena est terra.* Nil dicam de officiis solemnibus, quæ in ejus festiuitatibus decantari solent; nil de Orationibus, Rosariis, aliisque Devotionibus Marianis, sed tantum quæro: nunquid Litaniam Lauretanæ, quæ milies & millies à devotis MARIE Cultoribus aut solemniter decantantur, aut privatim persolvuntur, summam ac omnigenam laudem quasi in compendio continent?

III.

Initium harum Litaniarum fit per verba *Kyrie Eleyson!* quæ idem significant, ac *Domine miserere!* Scilicet sicut olim ad Dominum clamavit peccator David: *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum,* ita similem in modum omnes peccatores ad DEUM vociferentur, dicentes: *Domine miserere!* Et profecto in periculo salutis, & animæ miserebitur DEUS peccatorum, præcipue illorum, qui sæpius *MARIAM* clamant: *Ora pro nobis!*

Oratio.

O DEUS! Scio, & agnosco, quod non fit majus periculum, quam periculum animæ; scio, quod homo in peccato mortali constitutus tenui quasi ex filo dependeat, quo rupto in momento in infernum ruit; Scio inquam & agnosco hoc periculum, at simul etiam agnosco magnam meam infirmitatem; quare supplex oro: *Domine miserere mei!* præcipue à periculis salutis & animæ me libera, & custodi; imo ut misericordiam tuam certius obtineam, per illam, cui nihil denegare potes, nempe per *MARIAM* ad Te clamo:

Kyrie Eleyson!



The first part of the history is a general account of the country and its inhabitants. It describes the various tribes and their customs, and the progress of the European settlement. The second part is a more particular history of the different parts of the country, and the events which have happened since the first discovery.

CHRISTE ELEISON.



Petitionem unam parvulam deprecor à te, ne confundas
faciem meam, et dixit ei Rex, pete Mater mea: neq3 enim
fas est, ut avertam faciem tuam. 3. Reg. 2.

Christe Eleyson

Consideratio.

I.

IN supremitate imaginis exhibetur Christus trinam sagittam in manu tenens, ad indicandam gravem poenam, quam olim mundo ob gravia, & multiplicata scelera jam paravit, ad intercessionem autem MARIÆ clementer inhibuit. Nimirum ut passim legitur, scelerato illo tempore, quo in peccatores sententia Divinæ vindictæ quasi jam lata erat, Franciscus & Dominicus MARIAM tanquam Advocatam implorarunt, dicentes: *Sub tuum præsidium confugimus, & ecce! per MARIAM impetrata est venia.*

II.

Juxta subscriptum textum olim Mater Bethsabea ad filium suum Salomonem dixit: *Petitionem unam parvulam deprecor a Te: ne confundas faciem meam; & dixit ei Rex: pete Mater mea, neque enim fas est, ut avertam faciem tuam. Simili modo loquitur Rex Christus cum MARIA: pete Mater mea, & quidquid petieris, hoc impetrabis, & fiet. Nempe verissime de MARIA dicitur: Quod virtute DEUS, tu prece virgo potes.*

III.

Recte igitur Ecclesia decantans Litanias Lau-
retanas statim in principio clamat: *Christe Eley-
son*, hoc est, *Christe miserere!* Ita olim ad Chri-
stum clamabant duo cæci, dicentes: *Miserere
nostri Fili David!* ita clamavit ad Christum pater
ille in Evangelio: *Domine miserere filii mei, quo-
niam lunaticus est.* Certe sicut horum & alio-
rum misertus est Christus, ita miserebitur om-
nium illorum, qui per Matrem suam veniam ac
misericordiam petunt.

Oratio.


Domine JESU Christe! per magnam illam
misericordiam, quam olim in terra homi-
nibus exhibuisti, dum nempe cæcis visum, mu-
tis loquelam, surdis auditum, infirmis fanita-
tem restituiisti, mortuos ad vitam resuscitasti,
peccatores maximos in gratiam recepisti, & a
peccatis suis absolvisti, supplex te rogo, ut
etiam mihi in omnibus necessitatibus auxilium
tuum præstes, & virtutem contra omnes inimi-
cos meos largiaris, præcipue autem parce pec-
catoribus illis, qui per MARIAM ad te cla-
mant:

Christe Eleyson!



Adhuc cum hucus ad hunc gradum
ut in hunc ordinem conferantur.

KYRIE ELEISON.



Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ,
ut misericordiam consequamur. Hebr. 4.

Kyrie Eleyfon!

Consideratio.

I.

Divus Paulus olim ad Hebræos scripsit: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur.* Licet per hunc thronum principaliter intelligatur Christus tanquam auctor gratiæ, nihilominus tamen etiam hæc verba recte Throno MARIÆ subscribi possunt, utpote quæ juxta Salutationem Angelicam est *Gratia plena*, & quasi clavis ad coelestes thesauros; & hinc sicut sine clave non facile inclusus eruitur thesaurus, ita sine favore MARIÆ difficulter obtinetur gratia.

II.

Teste Scriptura Thronus Salomonis à leonibus custodiebatur; ita Thronum Marianum quasi leones circumdant, ad indicandum, quod accedens ad hunc gratiæ Thronum consequatur firmum præsidium, certam securitatem, ac quodammodo leoninam fortitudinem, ita, ut hostibus suis, mundo, carni, ac diabolo fortissime resistere, & facillime eos vincere possit.

III.

Prudenter igitur agit anima peccatrix, si ad hunc Gratiae Thronum fugiat, & ad MARIAM clamet, sicut olim ob metum mortis Abraham ad Saram uxorem suam, dicens: *Dic obsecro quod soror mea sis.* Profecto talis anima per peccatum horribiliter deformata, iterum mundabitur; lethaliter vulnerata, iterum sanabitur; spiritualiter mortua, iterum ad vitam revocabitur, & ut Paulus ait, quasi nova creatura in Christo fiet.

Oratio.

O DEUS! agnosco, & adoro ineffabilem misericordiam tuam, quam sæpius etiam gravissimi peccatores experti sunt; illam nempe, quam expertus est *David*, qui post humile suspirium: *peccavi!* audiit verba illa solatio plena: *Dominus quoque transtulit peccata tua.* Quam expertus est *Zachæus*, cujus domui per te facta est salus. Quam expertus est *Petrus* post trinam denegationem à te receptus in gratiam. Quam expertus est *Latro* in Cruce, cui veniam simul & paradysum donasti; hanc inquam misericordiam, quam his & mille aliis exhibuisti, adoro, & iterum supplex per MARIAM rogo:

Kyrie Eleyson!



Figura eximium de crystallo et propriis
2. 17. 1.

... ..
... ..

CHRISTE AUDI NOS.



Ego exaudiam de coelo, et propiti, ero
2. Paral. 7.

Christe audi nos.

Consideratio.

I.

DUm olim Salomon cum populo suo magna Domino Sacrificia obtulit, apparuit illi Dominus dicens: *Ego exaudiam* (scilicet populum tuum) *de cælo, & propitius ero.* Ingens certe hæc gratia, ac promissio fuit; Simile promissum facit Christus Matri suæ; nempe promittit ei, quod preces eorum, qui veros ac devotos **MARIÆ** cultores se exhibent, de cælo semper exauditurus, & in omnibus se propitium erga illos exhibiturus sit.

II.

Rursus sicut dicebat olim Dominus ad Moysem: *Ego audivi gemitum filiorum Israel.* Ita Christus ad **MARIAM** dicere videtur: ego audivi preces filiorum tuorum, seu, ego omnibus illis benignas aures præbeo, opem, gratiam, & solatium confero, qui se tibi tanquam devotos filios commendant, & quos tu o Mater! tanquam filios tuos protegis, & sub præsidium tuum suscipis. Porro bene notanda sunt hujus Matris verba, quibus alloqui videtur filios suos, dicens: *Optima Mater ero, tu filius optimus esto, ut mihi natus eris; sic tibi Mater ero.*

III.

Porro imago complures libellos supplices exhibet, quos Mariani clientes per Angelos suos custodes MARIÆ admittunt, quæ preces has Christo Filio suo tradit, ad subscribendum *fiat!* Nempe unus petit liberari *ab infamia*, alter *a morbo*, tertius *a fulgure*, quartus *a subitanea morte*, quintus *a spiritu fornicationis*, sextus *ab ira DEI*, septimus *a peccato*; & omnes per MARIAM exaudiuntur; scilicet quisquis MARIAM pro Advocata habet, ille Christum tanquam benignum Judicem experietur.

Oratio.

Domine JESU Christe! qui clementiam tuam manifestaturus, diversa nomina tibi attribuis, & modo Pastorem bonum, qui perditam quærit oviculam, modo Regem benignum, qui servo suo decem millia talenta remittit, nunc misericordem Samaritanum, qui vulnera sanat, nunc clementem Patrem te vocas, qui filium inobedientem & prodigum in gratiam recipit, rogo te, ut me errantem oviculam o Pastor bone reducas; ut mihi infideli servo o Rex benigne debita remittas; ut animæ meæ vulnera o misericors Samaritane iterum fanes; denique ut me immorigerum filium o Clementissime Pater iterum in gratiam recipias; quare per tuam & meam Matrem ad Te clamo:

Christe audi nos!

Chri-



Exhibition in London, 1851.

London (imperial)

1851

CHRISTE EXAUDI NOS.



Exaudivit me Dominus . Deut. 9 .

Christe exaudi nos!

Consideratio.

IMago repræsentat in Monstrantia Christum quasi Solem, qui omnes suos radios in MARIAM emittit. Porro per hos radios intelliguntur gratiæ, quas Deus in Matrem suam effundit, & per hanc nobis hominibus abundanter largitur; at quare hoc? ideo, ut sciamus, MARIAM esse quasi portam gratiæ, & quod sequitur, ab illa facillime gratiam obtineri posse, qui pulsat ad hanc portam, hoc est, qui gratiam à DEO petit per DEI Matrem, & per MARIAM clamat: *Christe exaudi nos!*

II.

Certe qui Memoriale aliquod, aut libellum supplicem Regi per manus Reginae confert, ille præ aliis exaudietur. Simile quid imago exhibet, scilicet diversas supplicationes a Christo exauditas, & quali verbo *Fiat* subscriptas, quas MARIA per coelestes nuncios clientibus suis ad solatium maximum remittit, dicens: *Exaudivit me Dominus*; seu quod idem est, quidquid per me petiistis o clientes mei! aut petetis, id fiet vobis. Petitis sanitatem? fiat! opes? fiat! donum castitatis? fiat! panem quotidianum? fiat!

III.

Verum scire oportet, quod non sufficiat semel aut bis per MARIAM clamare, *Christe audi nos!* sed debemus tamdiu clamare, donec exaudiamur. Unicus imber non semper sufficiens est ad emolliendam terram, & producendos fructus; ita pariter prima petitio non statim à DEO exaudiri solet, utpote qui per Apostolum expresse nos monet sine intermissione, hoc est, constanter orare. Quare si preces nostræ non statim exaudiuntur, repetamus eas; si pulsantibus non statim aperitur, pulsemus iterum, & fortius, & certo certius aperietur.

Oratio.

Domine JESU Christe! qui in terris versatus audisti & exaudisti preces supplicantium, & etiam nunc sedens ad Dexteram Patris, qui humiliter rogantibus gratiam tuam præstas & auxilium, exaudi quæso etiam preces meas, & præsta, ut meus in te amor semper crescat, mea erga Matrem tuam devotio semper augeatur, denique major in me erga proximum charitas excitetur. Hæc tria dona ut obtineam, iterum per MARIAM rogo:

Christe exaudi nos!

PATRICK HILL



Printed and Published by J. H. ...
No. 10 ...

PATER DE COELIS DEUS.



Cujus es FILIA: indica mihi: Gen. 24. v. 23.

Pater de cœlis DEUS!

Consideratio.

I.

PRima quæstio, quam olim servus Abrahami Neo-Sponsæ Rebeccaë proposuit, erat hæc: *Cujus es filia? indica mihi.* Hæc ipsa quæstio vi subscriptionis etiam fit ad MARIAM, & datur triplex responsum; scilicet Pater coelestis ait ad MARIAM: *Lætare filia!* MARIA dicit: *Pater noster, qui es in cœlis!* Et Ecclesia inquit: *Ave Filia DEI Patris!* Ex quibus verbis fat clare patet, cujus filia sit MARIA; indicatur nempe illam esse filiam DEI Patris.

II.

Itaque MARIA tanquam filia DEI Patris merito de se ipsa dicere potest: *Ego ab æterno ordinata sum,* utpote quæ verba juxta Ecclesiæ interpretationem illius excellentias & prærogativas significat. Porro si quis MARIÆ generationem rite considerat, & mirabiles illius dotes, dicere debet, eam potius filiam coeli quam terræ vocari debere, quia ex speciali quadam coeli gratia à Matre infæcunda generata, & tota gratis ac donis coelestibus repleta fuit.


III.

Cum igitur MARIA sit Filia Divini Patris electissima, Mater Divini Filii dilectissima, & Sponsa Spiritus Sancti gloriosissima, hoc ipso ad supremum honoris gradum, quo majorem nulla pura creatura obtinuit, aut obtinere potest, actu elevata est, ex quo proin nobis magnum solatium accedit, quia tanquam Filia, Mater, & Sponsa DEI quasi triplicem viam nobis aperit ad Thronum gratiæ & gloriæ.

Oratio.

O DEUS! Creator cœli & terræ, qui hominem ex mera tua misericordia produxisti ex nihilo suo, & quod plus est, ad imaginem & similitudinem DEI formasti, summo pere doleo, & pœnitet me, quod animam meam tanquam effigiem DEI pretiosissimam peccatis meis tam turpiter defædaverim; concede quæso, ut ex oculis meis tamdiu amaræ doloris lacrymæ fluant, donec in anima mea omnes peccatorum maculæ ablutæ sint; hunc in finem per MARIAM Filiam tuam ad Te clamo:

Pater de cœlis DEUS! Miserere nobis!



FILI REDEMPTOR MUNDI DEUS.



Scio, quòd REDEMPTOR meus vivit. Iob. 19.

Fili Redemptor mundi DEUS!

Consideratio.

I.

QUAMVIS Christo unice & proprie titulus Redemptoris conveniat, nihilominus tamen etiam MARIA ab hoc titulo aliquid participat, potestque quodammodo vocari Redemptrix mundi, tum quia mundo peperit Redemptorem mundi, tum etiam, quia innumeros peccatores per intercessionem suam à morte æterna liberat. Quisquis igitur Redemptorem sibi propitium habere cupit, prius Matrem Redemptoris sibi propitiam reddat, sæpius dicendo: *Ave Mater DEI Filii.*

II.

Constat, quod olim Rex Assuerus in totam Judæorum gentem jam tulerit mortis sententiam, ita, ut una die omnes Judæi occiderentur; at non obstante sententia jam lata per intercessionem Estheris omnes vitæ gratiam impetraverunt. Per Reginam Esther figuratur MARIA peccatorum advocata potentissima; Esto, quod Pater cœlestis scelera mundi punire quasi actu jam decreverit, si peccatores MARIAM implorant, si MARIA filio suo ubera, & filius Patri suo vulnera ostendit, tunc ira Patris mitigatur, poena avertitur, & misericordia justitiæ prædominatur.

III.

Certe quilibet peccator, si veritatem fateri vult, dicere debet: *Scio: quod Redemptor meus vivit.* At unde hoc scit? exinde, quia opus redemptionis adhuc virtualiter durat, quippe per peccata nostra Christus in dies de novo crucifigitur, nihilominus autem peccata poenitentibus remittit, inimicis suis, ut olim in cruce ignoscit, & misericordiam erga peccatores maximam exhibet, præcipue erga illos, pro quibus **MARIA** intercedit.

Oratio.

Domine JESU Christe, qui animas hominum, quæ per peccatum Protoparentum nostrorum in dæmonis potestatem redactæ sunt, litro pretiosissimi Sanguinis tui iterum redemisti, & per mortem tuam a morte æterna liberaisti, concede propitius, ut animam meam tam magno pretio emptam & redemptam in posterum majoris æstimem, & magis curem; nempe rogo per **MARIAM** Matrem tuam:

*Fili Redemptor mundi Deus! Misereve
nobis.*

SPRINGER NINTH THE DUES



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or a date.

Faint, illegible text at the very bottom of the page, possibly a footer or a reference.

SPIRITUS SANCTE DEUS.



Una est Columba mea, perfecta mea, una est
Matri suæ, Electa genitrici suæ. Cant. 6.

Spiritus Sancte DEUS!

Consideratio.

I.

I Mago repræsentat in specie columbæ Sanctum Spiritum, qui oculos suos ad MARIAM convertit, & amicabili intuitu, annulumque sponsalitium secum ferens quasi indicat, quod eam in Sponsam suam elegerit. Imo dicit ad Annam: *Da mihi Filiam tuam uxorem*; cui hæc respondet: *dabo tibi Filiam meam*. Porro gratulatur Mater Anna Filiaæ suæ: dicens: *Ave Sponsa Spiritus Sancti*.

II.

Porro omnia, quæ imago exhibet, verificantur in MARIA, utpote quæ ab Ecclesia gloriosissima Sponsa Spiritus Sancti vocatur, & colitur. Nempe dum Sponsus coelestis, ut verba subscriptionis sonant, dicit: *Una est columba mea, perfecta mea, una est Matri suæ, electa genitrici suæ*, sine dubio MARIAM intelligit, quæ columba est purissima, ex omnibus mulieribus perfectissima, & ab æterno electa.

III.

Jam vero si MARIA Sponsa Spiritus Sancti est, necessario sequitur, quod omni virtutum & gratiarum thesauro repleta fuerit, ita, ut illa de se ipsa cum veritate dicere potuerit: *Dotavit me DEUS dote bona.* Nimirum licet Spiritus Sanctus dona sua multis aliis castis virginibus abundanter largitus sit, & adhuc largiatur, nulli tamen in tanta copia, & in tam excellenti gradu dona illa contulit, sicut *MARIÆ* Sponsæ suæ dilectissimæ, de qua dici potest: *Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.*

Oratio.

O Sancte Spiritus! qui ad hominum solatium & animarum salutem diversas formas assumpisti, modo formam linguæ, ut doceres ignorantes, modo formam ignis, ut accenderes in amore frigidos, nunc formam auræ lenis, ut reficeres languidos, nunc formam columbæ, ut mansuetudinem ingeras iratis; ad Te clamo cum Divo Augustino! illumina me, ut bona cogitem; compelle, ut bona faciam; suade, ut te diligam; confirma me, ut te teneam; custodi me, ne te perdam; rogo per *MARIAM* Sponsam tuam:

Spiritus Sancte DEUS, Misereere nobis!

THE UNIVERSITY OF CHICAGO



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1892

SANCTA TRINITAS UNUS DEUS.



Hi tres unum sunt.

Sancta Trinitas unus DEUS!

Consideratio.

I.

IMago exhibet literam A. tanquam Symbolum Sanctissimæ Trinitatis; sicut enim hæc litera, etsi triangularis sit, nihilominus tamen una tantum est, & vocatur litera, ita Sanctissima Trinitas consistit in tribus Personis Divinis, quæ tamen tres Personæ unus sunt DEUS, ita, ut de Patre, Filio & Spiritu Sancto cum veritate dici possit: *Hi tres unum sunt nempe secundum Deitatem.*

II.

Pariter prædicta litera A. teste Sacra Scriptura DEUM denotat, utpote qui de se ipso dicit: *Ego sum Alpha*, seu quod idem est, principium omnium rerum; quemadmodum enim litera A. prima est, & principium omnium literarum ita DEUS principium est, sed sine principio, utpote existens ab æterno. Et hinc considerans Sanctissimum Trinitatis mysterium non debet multum investigare. sed intellectum suum captivare in obsequium fidei, & cum Jeremia dicere: *a. a. a. Domine DEUS! ecce nescio loqui.*

III.

Porro quemadmodum post litteram A statim sequitur littera B, ita, ut de hac littera B cum veritate dici possit, quod sit *proxima primæ*, sic Beata Virgo per litteram B denotata Sanctissimæ Trinitati proxima est, & tanquam Filia DEI Patris, Mater DEI Filii, ac Sponsa Spiritus Sancti omnes creaturas in honore superat, in gloria eminent, in dignitate incomparabiliter excellit.

Oratio.

O Sanctissima Trinitas! Pater, Fili, & Spiritus Sancte! ego indignissima creatura Te DEUM Trinum supplex adoro, & cum intimo cordis suspirio ter dico A! A! A! *Domine DEUS!* Scilicet trina vice contrito corde suspiro: Ah! Ah! Ah! utinam! Te nunquam offendissem! Ah utinam! primus meus vagitus A! junxisset sibi adhuc duas litteras M, & O, & dixissem statim in cunis: AMO! At quod non feci hactenus, faciam deinceps. Ni mirum in verbo AMO tres sunt literæ, ergo dum amo, Trinum Te adoro! ut autem confortetur propositum meum, gratiam Divinam imploro rogans per MARIAM.


*Sancta Trinitas unus DEUS!
Miserere nobis!*

261526

ALTA MARIA

DE... HONOR... HONOR...

AL...
HONOR...



Beneficentis hominis qui hodie Nonis mensis
 gaudet, et non recedat hinc haec de...
 Indit. 12

Alta Maria...

Alta Maria...

SANCTA MARIA.
Dic mihi, quo appellaris nomine? Gen. 32.

Et nomen
Virginis.



Benedictus Dominus, qui hodie Nomen tuum ita ma-
gnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.
Judith. 13.

5078 C. 11.

Klauber Cath. Sc. et exc. A.V.

Sancta MARIA!

Consideratio.

I.

IMago repræsentat nomen *MARIÆ* expressum ramis olivarum. At cur ramis olivarum? ideo, quia Sacra Scriptura de nomine *MARIÆ* loqui videtur, dum ait: *Oleum effusum nomen tuum;* & alibi: *Olivam pulchram vocavit Dominus nomen tuum.* Nimirum sicut oleum in se habet virtutem sanativam & confortativam, ita salutare Nomen *MARIÆ* sanat, reficit, & confortat. Rursus sicut oleum commixtum aliis liquoribus supremi- tatem tenet, ita Nomen *MARIÆ* post Nomen Divinum majus est omnibus nominibus. Denique sicut ramus olivæ, quam columba in arcam detulit, signum pacis erat, ita Nomen *MARIÆ* confidenter invocatum iram *DEI* mitigat.

II.

Quemadmodum autem nomen *MARIÆ* nomen *Salutare*. ita etiam nomen *terribile* est, at cui? diabolo; hic enim infensissimus hominum hostis audito hoc nomine velut fulmine stratus auffugere solet, quasi dicens: *Terribile nomen ejus!* Constat, quod quinque lapides elegerit David ad sternendum Goliath; at quid per quinque hos lapides denotatur? Optime per illos intelligi possunt quinque literæ, ex quibus constat nomen *MARIA*, & quibus humiliter prolatis Stygius Goliath fugatur, & vincitur.

III.

Denique nomen **MARIÆ** etiam mysteriis plenum est; derivatur enim **A MARI**, ad significandum, quod **MARIA** abundet gratiis, sicut mare abundat aquis. Insuper singulæ litteræ hujus sancti Nominis magnam quamdam Virginis laudem continent; nempe per litteram **M** prædicatur **MARIA** tanquam Mater & Mediatrix hominum, per litteram **A** tanquam Advocata peccatorum, per litteram **R**, tanquam Redemptrix ac Refugium miserorum, per litteram **I** tanquam Illuminatrix excæcatorum, & Ianua cœli, denique per ultimam litteram **A** tanquam Arca salutis & Abyssus misericordiæ.

Oratio.

O **MARIA!** quamvis ego non sim dignus impuris meis labiis sanctum ac venerabile Nomen tuum pronunciare, nihilominus confidens misericordiæ tuæ illud pronuncio, & dico: **O MARIA!** per invocationem Sancti Nominis tui adesto mihi in omni corporis & animæ periculo, & tuere me contra hostes meos visibiles, & invisibiles. Imo nil aliud voveo, & rogo, quam ut ultimæ meæ voces sint **JESUS & MARIA;** ut hoc votum meum verificetur.

Sancta MARIA! Ora pro nobis!

1840

Printed and Published by J. G. ...
No. 10 ...

S. DEI GENITRIX.



Peperit Filium suum primogenitum .Luc. 2.v.7.

C.P.S.C.M.

Klauber Cath. Sc. et exc. A.V.

Sancta DEI Genitrix!

Consideratio.

I.

MARIA cum veritate de se dicere potest:
Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo; per hæc enim verba nihil aliud significatur, quam Mater DEI, quæ revera MARIA fuit. Porro hic titulus valde admirabilis est; Sicut enim DEUS Pater Filium suum produxit ab æterno sine Matre, ita MARIA concepit Filium DEI in tempore sine patre. Insuper sicut DEUS per unicum verbum *Fiat* creavit mundum, sic ad verbum *Fiat* a Virgine MARIA pronunciatum Verbum divinum factum est caro, quod utique aliquid imperceptibile & valde admirabile est.

II.

Pariter titulus Matris DEI etiam incomparabilem quandam dignitatem & excellentiam continet, quod patet exinde, quia DEUS etsi omnipotens excellentiorem Matrem creare non potest. Nimirum MARIA hortus Salomonis est, & Christus hujus horti flosculus: Maria templum est, & Christus hujus templi Sacerdos; Maria aurora est, & Christus Sol; sicut ergo hic flosculus amænior, hic Sacerdos major, hic Sol clarior esse nequit, ita pariter nec pulchrior hortus, nec pretiosius templum, nec splendidior aurora, quam MARIA Mater DEI fuit, creari potest.


III.

Tandem Titulus Matris DEI etiam maxime fructuosus est, scilicet hominibus, præcipue devotis *MARIÆ* cultoribus. Magna equidem Judæis utilitas accessit, dum Esther electa est in Reginam; ingens Ægyptii commodum senserunt, dum Joseph constitutus est tanquam vice-Rex Ægypti, at major longe fructus accessit, & etiamnum accedit hominibus ex eo, quod *MARIA* facta sit Mater DEI, utpote quæ longe majorem erga nos misericordiam, quam Joseph olim erga Ægyptios ostendit, quæ non a temporali, ut quondam Esther Judæos, sed ab æterna morte innumeros liberat.

Oratio.

O *MARIA!* ego te agnosco & veneror tanquam veram DEI Matrem! attamen etiam te appello Matrem meam, simulque supplex rogo, ut mihi & omnibus peccatoribus a Filio tuo veniam & misericordiam impetres. Dic quæso! ad Filium tuum: Fili! respice hos peccatores, cogita, quod, etsi peccatores sint, tamen sint etiam filii mei, & fratres tui; David flevit super Absalonem, etsi fuerit filius inobediens, ita misereor super homines, etsi sint peccatores; itaque o Fili! ignosce filiis meis! simili modo.

Sancta DEI Genitrix! Ora pro nobis!



S. VIRGO VIRGINUM.



Viderunt eam Filiae, et Beatissimam praedicaverunt.
Cant. 6.

Sancta Virgo Virginum!

Consideratio.

I.

MARIÆ Virginitas symbolice exhibetur per Liliū, ad denotandam triplicem ejus Virginitatem, scilicet quam habuit ante partum, quam retinuit in partu, & quam conservavit post partum. Porro propter trinam, adeoque perfectam hanc Virginitatem non solum Christus de illa dicit: *Una est columba mea, perfecta mea*, sed insuper ab Ecclesia tanquam Virgo Virginum colitur, & invocatur.

II.

Insuper etiam ob multas alias rationes merito MARIA Virgo Virginum vocari potest; & imprimis ideo, quia prima fuit, quæ DEO virginitatem suam devovit & quidem sine præcepto, sine consilio, & sine exemplo. Scilicet tempore antiqui testamenti, ubi infæcunditas tanquam poena DEI habebatur, & quod sequitur, apud homines virginitas nullo in pretio erat. Altera ratio est hæc, quod Virginitas MARIÆ specialem quandam prærogativam habuerit; nempe licet MARIA Virgo fuerit formosissima, per suam tamen pulchritudinem nec unicum hominem ad impurum amorem, aut desiderium alliciebat.

III.

Denique MARIA etiam ideo vocari meretur Virgo Virginum, quia quasi Dux & Vexillifera Virginum fuit; nam *Adolescentularum non est numerus*, quæ ad exemplum *MARIÆ* Virginitatem suam DEO devoverunt, & amore illius conservandæ Regum ac Principum aulas deferentes intra claustra monasteriorum austeram duxerunt vitam, imo pro conservando Virginitatis flore sanguinem & vitam immolarunt. Nimirum sicut dum se ornabat Esther, statim etiam se ornaverunt ancillæ ejus, ita, dum MARIA gloriabatur ut Virgo, viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicaverunt.

Oratio.

O MARIA! ego amo, & veneror totum Virginum agmen, at ex omnibus Virginibus tibi summum amorem & cultum exhibeo. Veneror ego Barbaram cum calice, at Te o MARIA, quæ calicem doloris una cum Filio tuo gustasti, longe magis. Veneror Catharinam cum rota; at Te o MARIA! quæ ut rota facillime moveris, nempe ad misericordiam, incomparabiliter magis. Veneror Theresiam cum sagitta; at Te o MARIA! cujus animam doloris gladius pertransivit, ineffabiliter magis. Veneror Margaretam cum Dracone; at Te o MARIA, quæ caput serpentis contrivisti, inexplicabiliter magis; o MARIA!

Sancta Virgo Virginum, ora pro nobis!



Et in libro d'aveni mentione fait de la de
A l'usage de la ville de Paris
B. 2345

MATER CHRISTI.



Te in utero novem mensibus portavi, et lac dedi,
et alui. 2. Mach. 7.

Mater Christi!

Consideratio.

I.

IMago exhibet Christum Matris suæ ubera sugentem, ad indicandum, quod MARIA sit vera Christi Mater, quæ ad filium suum sicut Mater Machabæorum dicere potest: *Te in utero novem mensibus portavi, & lac dedi, & alui.* Porro Matrem Christi esse idem est, ac esse Matrem misericordiæ; cum enim Christus sit verus Messias, bonus Pastor, misericors Samaritanus, Salvator mundi, quæ prædicata summam misericordiam denotant, hoc ipso etiam MARIA tanquam Mater Christi ab his filii sui titulis participat, & dici potest mediatrix & corredemptrix mundi.

II.

Pariter titulus Matris Christi vere gloriosissimus est, quia supremam quandam dignitatem & excellentiam continet, quæ a filio in Matrem redundat; Sicut enim Christus Rex Regum, coeli terræque Dominus est, ita etiam Mater Christi tanquam gloriosissima coeli terræque Regina, ac Domina colitur, & invocatur. Quare si Bethsabea gloriosam se reputavit, quia Mater Regis Salomonis fuit, incomparabiliter gloriosior Mater MARIA est, quia illum peperit, qui plus quam Salomon est.

III.

Nempe ut dixi, omnis gloria filii etiam in gloriam Matris cedit; & hinc si Christus fons vitæ est, tunc utique MARIA tanquam Mater Christi Paradisus est, utpote in quo fons iste ortus est? Si Christus vitis vera est, tunc utique MARIA vinea fructifera est? Si Christus vocatur ara gratiæ, tunc utique MARIA vocari potest templum benedictum? Glorientur itaque Matres de filiis suis; Sara gloriatur de obediente filio suo Isaac: Rebecca de fideli filio suo Jacob: Rachel de casto filio suo Joseph; ineffabiliter magis gloriari potest MARIA de Filio suo Christo, utpote qui Sanctitas ipsa est.

Oratio.

O MARIA! gloriosissima Mater Salvatoris nostri! memento quæso verborum illorum, quæ Christus filius tuus in cruce moriens dixit, dum scilicet Te Joanni tanquam Matrem, & vicissim Joannem tibi tanquam filium commendavit. Nimirum cum Joanne omnes tui filii esse cupimus, & tu nobis omnibus sicut Joanni Mater propitia esto. Ad Te o Mater misericordiæ confugimus nos infelices Adæ filii, & a te in omnibus necessitatibus nostris auxilium petimus, vociferantes:

Mater Christi, Ora pro nobis!

MATER DIGNA GRATIA




Faint vertical text on the left side, possibly a page number or reference code.

Admiral's Office, London

Faint text at the bottom of the page, possibly a date or signature.

MATER DIVINÆ GRATIÆ.



Gratia omnis Ecclesie
 In me

Adeamus - ad thronum gratiæ . Hebr. 4 .

C.P.S.C.M.

Klauber Cath. Sc. et exc. A.V.

Mater Divinae gratiae!

Consideratio.

I.

REcte MARIA tanquam Mater Divinae gratiae per fontem repræsentatur ex omni parte exundantem, utpote quæ juxta Angelicam salutationem *Gratia plena* est, & de se ipsa quodammodo dicere potest: *In me gratia omnis.* Scilicet sicut mare abundat aquis, ita MARIA a mari nomen habens abundat gratiis; imo sicut omnia flumina currunt in mare, ita omnes gratiæ, quæ in Angelis & Sanctis dispersæ inveniuntur, congregantur in MARIA.

II.

At unde, & quomodo MARIA tot gratias acquisivit? facilis ad hoc quæsitum responsio est. Nimirum sicut magna pecuniæ summa magnos parit census, per quos ipsa summa magis & magis semper crescit, ita MARIA, quæ in exordio vitæ suæ plures & majores jam possedit gratias, quam omnes Sancti in fine vitæ suæ, his gratiis semper cooperata est, & sic quasi per sacram quandam usuram eas omni momento auxit, ac multiplicavit. Accedit, quod Divinus Pater suam Filiam, Divinus filius suam Matrem, denique Divinus Sponsus suam Sponsam semper novis cumulaverit gratiis.

III.

Porro ex hactenus dictis maximum hominibus solatium accedit; sicut enim fons plenus aquis facile exundat; sicut mare ob aquarum copiam in magna flumina se effundit, ita MARIA fons, & gratiarum mare suos nobis favores abundanter largitur. Quare si precantes DEUM ipsum accedere non audemus, similes Israelitis, qui libentius per Moysen, quam per se ipsos cum Domino locuti sunt, juxta textum imagini subscriptum *adeamus ad thronum gratiæ*, nempe ad thronum illius, quæ gratia plena est.

Oratio.

O MARIA! ego homo miserrimus & peccator maximus ob scelera & delicta mea commissa vix non desperare incipio! at eo ipso, quod desperare incipiam, in mare me præcipitare statui, scilicet in Te o mare gratiarum MARIA! felicem me! si in hoc gratiarum mari totus immerfus fuero; nam anima mea per illud securissime ad salutis portum enatabit: **O MARIA!**

Mater Divinæ gratiæ! Ora pro nobis!

Mater purissima!

Consideratio.

I.

MARIA non immerito cum luna comparari potest, utpote quæ a Sacra Scriptura vocatur *Pulchra ut luna*, lunamque sub pedibus habere dicitur. Porro per hoc nihil aliud denotatur, quam puritas MARIÆ, de qua etiam invidus aliquis Argus dicere debet: *Tota pulchra es, & macula non est in te.* Nimirum DEUS semper puritatis amans erat; Sic Arca purissimo vestiebatur auro; plateas coeli vidit Joannes pretiosissimis coruscantes lapidibus; imo maculatas oves a Sacrificio exclusit Dominus; quis igitur prudenter dubitet, quin etiam Matrem purissimam elegerit DEUS?

II.

Notandum hic, quod MARIA dicatur *Tota pulchra*; ex quo infertur, quod nulla omnino, nec originalis peccati macula in illa fuerit. Rationem si consulamus, hanc veritatem dictabit; quæso! quis credat, Christum elegisse Matrem, quæ cum Eva fuit inobediens? quæ contra prohibitionem divinam manum ad pomum vetitum extendit? quæ etiam ad tempus sub potestate diaboli fuit? Certe Rex Assuerus ex omnibus puellis pulcherrimam elegit; ita pie credi potest, Christum purissimam sibi Matrem elegisse, quæ *tota pulchra*, hoc est, etiam sine macula peccati originalis fuit.

III.

Juxta textum subscriptum quod *DEUS* purificavit, tu commune ne dixeris; Si igitur DEUS elegit Matrem puram, non fuit communiter pura, sed ita pura, ut hæc puritas nulli communis sit. Sicut igitur Joannes in utero Matris ab originali peccato jam fuit purificatus, ita MARIA tanquam Mater DEI majori digna gratia sine dubio a peccato originali omnino præservata fuit; alias ipsius puritas communis fuisset, & vix major puritate Joannis.

Oratio.

O MARIA! Tota pulchra, & purissima Mater! ego immaculatam Conceptionem tuam firmiter credo, defendo, & judico, te similem esse agro illi Ægyptiaco, qui ab omni onere & tributo immunis erat; templo Salomonis, in cujus ædificatione nullus mallei ictus audiebatur; soli orienti cœlo sereno sine ulla nebula; & simul rogo: ah! purissima Mater! quæ odisti peccatum, non autem peccatores; maculas, non autem maculatos, nunquam oculos tuos a me averte, sed impetra mihi, ut purus & sine macula peccati gravis e vita discedam. O MARIA!

Mater purissima! Ora pro nobis!



O. J. R. (mirrored bleed-through)

(mirrored bleed-through)

Flores, simul

et Fructus.



Hortus conclusus.

O quam pulchra est casta generatio. Sap. 4.

Mater Castissima!

Consideratio.

I.

I Mago exhibet MARIAM per symbolum arboris, & quidem valde mirabilis, utpote quæ *flores simul, & fructus* habet. Nimirum arbor hæc simul florens, & fructificans castitatem Virginis significat vere stupendam, quia Maria semper servavit castitatem, & triplex Virgo fuit scilicet ante partum, in partu, & post partum. Si igitur castitas in communi virtus dicitur, quæ hominem Angelis similem, & DEO gratissimum reddit, quid dicendum erit de castitate MARIE non communi, sed plus quam Angelica?

II.

Joannes adeo Christo dilectus erat, ut super pectus Domini quiescere ei licuerit, & insuper in cognitionem altissimorum mysteriorum DEI venerit: at unde hoc meruit Joannes? meruit hæc, & plura alia per castitatem semper servatam. Jam a minori ad majus; Si castitas Joannis tam grata DEO fuit, quantis laudum præconiis celebrari debet castitas MARIE, quæ arbor fuit simul florens, & simul fructificans, hoc est, quæ simul Mater & Virgo fuit, adeoque similis rubo illi, qui mediis in flammis non comburebatur?

III.

Porro maxima hæc castitas, atque Virginitas, quam in ipso partu MARIA illæsam conserva- vit, sat clare indicatur, ac prædicatur a sacra Scri- ptura, quæ eam modo *horto concluso*, modo *fonti signato* comparat. Imo de MARIA locu- tus fuisse Salomon videtur, quando mirabundus exclamavit: *o quam pulchra est casta generatio?*

Oratio.


O MARIA! Mater Castissima! ego Te colo, & invoco tanquam Patronam meam, rogo- que, ut mihi semper auxilium tuum præstes, præcipue tunc, cum in periculo castitatis ver- sor, & tentationibus carnis impugnor. Ah! quæso ne permittas, o Virgo castitatis obser- vantissima, ut contra castitatem cogitatione, ver- bo, aut facto peccans animam meam turpiter commaculem, & sic quodammodo vestem nu- ptialem exuam, sine qua ad nuptias Agni im- maculati nemo admittitur; o MARIA!

Mater Castissima! Ora pro nobis!



to quod colligitur in universis ideo est parochialis
 in universis parochiis a

MATER INVIOLOATA.
Sol in Virgine.



Eò quòd castitatem amaveris, ideo eris benedicta
in æternum. Judith. 15.

Mater Inviolata!

Consideratio.

I.

IMago exhibet Zodiacum, & in hoc repræsentat *Solem in Virgine*, ad indicandum solem iustitiæ Christum, qui quasi Sol ex Virgine ortus, seu natus est. Nimirum quando Christus in utero **MARIÆ** conceptus est, tunc *Sol in Virgine*, & quodammodo etiam *Virgo in Sole fuit*; sicut enim radius exit a Sole sine læsione aut violatione Solis, ita Christus tanquam lux mundi natus est ex **MARIA** Virgine sine læsione illius Virginitatis.

II.

Hæc Virginitatis Marianæ illæsiō aliquo modo per similitudinem speculi explicari posse videtur; nam sicut Sol radios suos projicit in speculum, & per hos a speculo reflexos lumen accendere solet sine læsione speculi, ita Spiritus Sanctus in Mariam tanquam speculum puritatis radium gratiæ seu obumbrationis emisit, & per hunc obumbrationis radium mediante speculo Mariano accendit lumen mundi, scilicet Christum, ita tamen, ut speculum, seu Virginitas **MARIÆ** penitus permaneret illæsa, & integra.

III.

Nempe congruum haud fuisset, ut per Christi adventum corrumpereetur integritas Matris, qui venit sanare corruptionem hominum; sed potius decuit, ut rerum omnium conditor uteretur partu non consueto, sed mirando. DEUM, inquit Bernardus, talis decebat nativitas, qua non nisi de Virgine nasceretur, talis & Virgini congruebat partus, ut non pareret nisi DEUM. Ex his itaque infertur, MARIAM fuisse in partu Matrem inviolatam, & de ea dici: *eo quod castitatem amaveris, ideo eris benedicta in aeternum.*

Oratio.

O MARIA! Mater inviolata! sicut aurum non admittit rubiginem; sicut cedrus odit putredinem; sicut laurus repellit tonitrua, ita Tu nullam castitatis labem, aut Virginitatis violationem admittens semper inviolata permansisti. Ah! ego miser homo supplex Te rogo, & per admirabilem puritatem Tuam supplico, ut cor & carnem meam emundare, & me ab omni peccati macula purum conservare velis; o MARIA!

Mater Inviolata! Ora pro nobis!



FORA IN... MEXICANA...

Alonso...

MATER INTEMERATA.



Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.

Mater Intemerata!

Consideratio.

I.

IMago exhibet quatuor monstra infernalicia quasi devicta, & sub pedibus Virginis strata, vexillum crucis tenente leone. Nimirum per hoc quodammodo quadruplex victoria designatur, quam MARIA per assistentiam leonis de tribu Juda ab hostibus suis reportavit. MARIA de se dicit: *Dominus possedit me in initio*; per quæ verba indicatur, quod in initio, seu statim in Conceptione sua expers peccati originalis caput stygii serpentis contriverit; en! Victoriam primam? rursus MARIA Virginitatem suam ante- in - & post partum semper inviolatam conserva- vit; nunquid hæc iterum triplex est victoria?

II.

Porro etsi hæc veritas Scripturæ & rationi valde congrua sit, nihilominus hæreticus aliquis calamus scribere audet, MARIAM post Christum adhuc plures Josepho Patre filios generasse. At proh temerarium assertum! edic mendacissime! quodnam horum filiorum erat nomen? quæ patria? ubi habitarunt? quo pervenerunt? quomodo mortui, & ubi sepulti sunt? edic, cur Christus in cruce MARIAM Joanni, & non potius filiis ejus commendavit?

III.

Dicis forsan? Christum dum resurrexit a mortuis, dixisse: *Ite, & annunciate fratribus meis!* igitur verum est, Christum plures habuisse fratres, at respondetur: aliquos esse fratres ex natura, ut Abel & Cain; aliquos dici fratres propter eandem nationem, sic Paulus omnes Judæos vocavit fratres suos; denique aliquos dici fratres ob affectum & charitatem mutuan; & propter hanc charitatem Christus Apostolos suos nominavit fratres.

Oratio.

O MARIA! Mater intemerata! quæ puritate, virtute & gratia omnes Angelos & Sanctos longe superas & excellis, nihilominus ab hostibus tuis gravissimas injurias, ac detractiones pateris, ego summopere tibi condoleo; simulque rogo: da mihi virtutem contra hostes tuos, ut honorem tuum semper defendam, laudes tuas semper prædicem, gloriam tuam semper augeam; **O MARIA!**

Mater Intemerata! Ora pro nobis!



Andromeda sp. ...

...

...

MATER AMABILIS.



Amabilis super amorem mulierum. 2. Reg. 1.

Mater Amabilis!

Consideratio.

I.

Merito MARIA nominatur Mater Amabilis: nam juxta subscriptum imagini textum illa fuit *amabilis super amorem mulierum*. Nempe teste Sacra Scriptura erat Esther *pulchra nimis*; Juditha *eleganti aspectu*; Rebecca *decora nimis*; Rachel *venusta facie*; at MARIA venustate Rachaelem, decore Rebeccam, elegantia Juditham, pulchritudine Esther tam incomparabiliter superavit, amabilis super omnes.

II.

Cum MARIA in coelum assumpta fuit, obviam illi processerunt Angeli, & ad primum illius aspectum admirabundi exclamarunt: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna?* Quæso! quid Angelos in tantam rapuit admirationem? nil aliud, inquit Divus Gregorius, quam pulchritudo MARIE, utpote cui similem nunquam in pura creatura viderunt. Ex quo sequitur, quod pulchritudo MARIE, pulchritudinem Angelicam plurimum superet.

III.

Joannes in Apocalypsi vidit mulierem quandam amictam sole, habentem sub pedibus lunam, & in capite coronam ex stellis duodecim: Mirabilis visio! at quid significatur per hanc mulierem? quid per solem? lunam & stellas? Sancti Patres per hanc mulierem **MARIAM** intelligunt, per solem autem & lunam incomparabilem ejus pulchritudinem; sicut enim nulla lux cum luce solis, lunæ & stellarum comparari potest, ita pulchritudo, decus, & amabilitas **MARIÆ** Omnium Sanctorum pulchritudinem excellit.

Oratio.

O MARIA! pulcherrima inter filias Jerusalema; cujus amabilitatem, & amabilem pulchritudinem omnes Sancti & Angeli admirantur, supplices ad Te fundo preces, ut in hora mortis, si forte horribilis dæmonum forma agonizantem me terreat, unicum pulchritudinis tuæ radium ad solatium meum in me effundas; imo tunc o Mater pulchræ dilectionis oculos misericordiæ tuæ in me converte: qui tanquam duæ stellæ coruscantes viam mihi monstrabunt ad patriam cœlestem; **O MARIA!**

Mater amabilis! Ora pro nobis!



Vocabitur nomen ejus Admirabilis. II. 9.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

CHICAGO, ILLINOIS

Mater Admirabilis!

Consideratio.

I.

Imago exhibet rubum illum admirabilem, quam olim Moyses obstupefactus ardere videt, at non comburi. Porro per hunc rubum repræsentatur MARIA, de qua prædixit Propheta: *vocabitur nomen ejus admirabilis*. Et profecto recte ab Ecclesia Maria vocatur Mater admirabilis, utpote cujus prærogativæ omnes valde admirabiles sunt, MARIA nata est ex matre sterili; fuit Mater, sed sine viro; fuit simul Mater, & simul Virgo; nunquid hoc aliquid est admirabile? nunquid hoc idem est, ac ardere & non comburi?

II.

Mirabilem olim Rex Nabuchodonosor in somno vidit arborem, nimirum tam altam, ut vertex illius pertingeret usque in coelum, tam proceram, ut totam contegeret terram. Folia hujus arboris erant pulcherrima, & de fructibus illius comdebant omnes. Per hanc arborem optime intelligi potest MARIA, utpote quæ est Mater admirabilis propter *magnitudinem & altitudinem*, quia in sublimitate gloriæ Angelos & Sanctos superat; Admirabilis *ob latitudinem*, quia ejus misericordia per totum orbem se extendit; admirabilis *in foliis*, hoc est, gratiis & privilegiis; denique admirabilis *in fructibus*, seu quod idem est, in virtutum meritis.

III.

Porro sicut MARIA in se ipsa valde admirabilis est, ita pariter tales effectus præstat, quos nemo fatis admirari potest. Scilicet, ut imago exhibet, omnia quatuor elementa quodammodo ad pedes Virginis prosternuntur, & obedientiam illi promittunt. Si MARIA jubet, illico extinguitur ignis, aqua inter limites suos modesta fluit, aer spirat innocue, terra fructificat abundanter, ægroti sanantur, imo ipsi mortui resurgunt; nunquid admirabiles hi sunt effectus?

Oratio.

O MARIA! Mater vere admirabilis! scilicet admirabilis in gratiis & privilegiis: admirabilis in virtutibus & meritis: admirabilis in cœlo propter gloriam tuam, quam possides: admirabilis in terra ob beneficia, quæ largiris: admirabilis in tuis clientibus, quos a periculo liberas, in afflictione solaris, & præcipue in hora mortis ita confortas, ut hostibus suis fortiter resistere, & tentationes diabolicas feliciter superare possint, ah! etiam mihi clienti tuo indignissimo in ultimo agone assiste! o MARIA!

Mater Admirabilis! Ora pro nobis!



Qui curavit hoc...
K...
...

MATER CREATORIS.



Portat omnia verbo virtutis sue. Hebr. 2.

Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.
Eccli 24.

C.P.S.C.M.

Klauber Cath. Sc. et exc. A.V.

Mater Creatoris!

Consideratio.

I.

MARIA repræsentatur in imagine portans brachiis filium suum, qui & ipse duobus digitis portat orbem, addito textu: *Portat omnia verbo virtutis suæ.* Per hoc autem indicatur, MARIAM esse Matrem Creatoris; nam sicut Christus, in quantum cum Patre unus est DEUS, etiam Creator mundi est, ita hoc ipso Mater Christi etiam Mater Creatoris est, potestque cum veritate de se ipsa dicere: *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.*

II.

Certum est, quod homo cadens in peccatum quodammodo in nihilum suum reincidat teste Davide, qui post peccatum exclamavit: *Ad nihilum redactus sum, & nescivi.* Quare Christus nos redimendo quasi de novo nos creavit, quia per ejus Redemptionem a morte animæ ad vitam revocati sumus, ita, ut quilibet homo juxta Divi Pauli testimonium factus sit *in Christo nova creatura.*

III.

Porro imago non solum repræsentat **MARIA** tanquam Matrem Creatoris, sed exprimit etiam maximam ejus virtutem ac potentiam. Nimirum **MARIA** non solum portat illum, qui mundum portat, sed quod plus est mundum una cum portatore mundi portat, ad indicandum, quod ipsi tributa sit a Creatore maxima super mundum potestas; æquum enim est, ac decens, ut filia a Patris, Mater a Filii, Sponsa a Sponsi potestate, quantum possibile est, participet.

Oratio.

O **MARIA**! Scio ego, & agnosco, quod omnes creaturæ ad Creatoris sui servitium creatæ sint; at simul agnosco ingratitude meam, quod scilicet hætenus magis fervierim creaturis quam Creatori meo. Quare gratiam mihi impetra, ut errorem meum emendem, & postea soli Creatori meo ferviam, illumque attingam finem, qui **DEO** fideliter fervientibus præfixus est, nempe beatitudinem æternam! **O MARIA!**

Mater Creatoris! Ora pro nobis!

MATER SALVATORIS.



Pariet Filium, et vocabis nomen ejus Iesum - ipse enim salvum faciet populum suum. Matth. 1.

Mater Salvatoris!

Consideratio.

I.

INstrumenta Passionis, quæ imago exhibet, fat clare indicant Salvatorem mundi, quem **MARIA** mundo genuit, juxta illud: *Pariet filium, & vocabis nomen ejus JESUM, ipse enim salvum faciet populum suum.* Porro quemadmodum mater Eva per peccatum in mundum introduxit mortem, ita **MARIA** tanquam Mater Salvatoris mundo peperit vitam.

II.

Esther vocabatur olim salvatrix, sed tantum populi Judaici; **Judith** pariter gloriabatur hoc titulo, sed solam salvavit urbem Bethuliam; At **MARIA** Mater illius est, qui non unam urbem, aut Regionem, sed universum salvavit orbem, quod utique gloriosius est. Si igitur Judæi Salvatrici suæ **Esther** magnum honorem exhibuerunt; si incolæ urbis Bethuliæ erga **Juditham** liberatricem suam summam gratitudinem ostenderunt, majorem longe honorem & gratitudinem meretur **MARIA** Mater Salvatoris.

III.

Pastores nunciata sibi per Angelum Nativitate Salvatoris ocius ad stabulum Bethlehemiticum properarunt, & non solum ibi recens natum infantem adorarunt, sed etiam ejus Matri summum honorem exhibuerunt; & merito quidem, nam MARIA Filio suo Christo quasi arma dedit, quibus mortem & diabolum vicit, & sic nos homines redemit. At quænam hæc arma sunt? nihil aliud per hæc arma intelligitur, quam Sanctissimum Christi corpus, quod ex purissimo **MARIÆ** sanguine formatum, & pro nobis passum est.

Oratio.

O MARIA! gloriosissima Salvatoris Mater! novi ego, quod Patres & justis veteris Testamenti per plurima sæcula adventum Messiaë ardenter expectaverint, indefinenter ad coelum clamantes: *Rorate caeli desuper, & nubes pluant justum*; at irritus erat eorum clamor, Tu autem o mulier fortissima per virtutem humilitatis tuæ Messiam e coelo in terram deduxisti: Per hanc tuam virtutem rogo Te, ut mihi Salutem impetres; **O MARIA!**

Mater Salvatoris! Ora pro nobis!



The first part of the plan is a large circular area, possibly a garden or a courtyard, with a central structure. To the right of this area is a long, narrow rectangular structure, which could be a building or a walkway. The drawing is very faint and lacks fine detail, but the overall layout suggests a complex architectural or landscape plan.



Erátque mulier illa prudentissima . 1. Reg. 25.

C. P. S. C. II.

Klauber Cath. Sc. et arc. A. T.

Virgo Prudentissima!

Consideratio.

I.

MARIA repræsentatur variis undique scientiarum ac artium instrumentis circumdata, quibus admiranda ejus prudentia significatur. Præcipue autem gallus, qui dormientes excitat, ejus vigilantiam; formica, quæ in æstate alimenta pro hyeme congregat, ejus providentiam; denique serpens ejus prudentiam indicat, juxta illud Christi effatum: *Estote prudentes sicut serpentes.*

II.

Abigail magna prudentia prædita fuit, eratque mulier illa prudentissima teste Sacro textu imagini subscripto. At quomodo ostendit prudentiam suam? per hoc, quod se humilians ancillam Davidis vocaverit. Hæc Abigail figura est prudentissimæ Virginis **MARIÆ**, quæ Archangelo cum summa humilitate respondit: *Ecce! ancilla Domini.* Porro si juxta dictum Philosophi ille prudens est, qui malum reprobatur, & bonum eligit, nunquid jure merito **MARIA** vocatur Virgo prudentissima, utpote quæ ab omni omnino malo libera non bonum simpliciter, sed *optimam partem* elegit.

III.

Salomon ait : *Qui moderatur labia sua, prudentissimus est* ; atqui hæc maxime moderabatur **MARIA**, quæ in toto Evangelio tantum quater locuta fuisse invenitur, scilicet cum Archangelo Gabriele, cum Elifabeth, cum Christo invento in templo, & denique in nuptiis. Insuper verba omnia a **MARIA** prolata magnam quandam ædificationem, & singularem prudentiam continebant, ita, ut inter quinque Virgines illas prudentes merito principatum teneat, quia oleum gratiæ abstinendo ab omni peccato integre conservavit.

Oratio.

O **MARIA** ! Virgo prudentissima & providentissima ! impetra mihi quæso ab incarnata Sapiencia, nimirum a Filio tuo hanc gratiam, ut in posterum semper prudens & providus sim, scilicet in locutione, in actione, præcipue autem in operatione salutis meæ, ita, ut cum prudentibus quinque Virginibus oleum bonorum operum in tempore colligam, & sic in domum Sponsi Cœlestis admittar ; o **MARIA** !

Virgo prudentissima ! Ora pro nobis !

YIRCO / RENDY



Beatus vir deest omnes gratias

Alma Mater...

...

VIRGO VENERANDA.

Venerabilis, et Sancta. Num. 28.

Surrexit Rex in occursum eius. 3. Reg. 2.



Beatam me dicent omnes generationes.

Virgo Veneranda!

I.

Salomon maximam semper venerationem habuit erga Matrem suam Bethsabeam, nam teste Sacra Scriptura, dum illam adventantem vidit, *Surrexit Rex in occursum, ejus, jussitque pro illa thronum erigi.* Simili modo Divinus Salomon Christus multis annis ante **MARIÆ** assumptionem in coelum ascendit, ideo quasi, ut Matri suæ, quæ vere *Venerabilis & Sancta est*, gloriosum Triumphum, Thronumque præpararet.

II.

Porro quemadmodum **MARIÆ** summus honor exhibetur in coelo a Sanctis Angelis, & Coelitis, ita etiam in terra colitur & invocatur fere ab omnibus gentibus juxta illud: *Beatam me dicent omnes generationes.* Profecto quisquis vero lumine fidei illustratus est, clare videbit & cognoscet virtutes & merita, gloriam & sanctitatem **MARIÆ**, & quod sequitur, maxima devotione Eam colet, & venerabitur; dum contra ille, qui instar noctuæ lucem odit, id est, lumen veræ fidei non habet, etiam lucem gloriæ Marianæ sustinere nequit.

III.

Non solum a coelo & a terra MARIA honoratur, sed etiam infernus audito MARIAE Nomine reverentialem quendam metum ostendit. Nunquid jam sæpissime ad aspectum Iconis Marianæ, ad tactum Rosarii aut scapularis, ad auditionem Nominis Mariæ Tartarei spiritus ex personis obsessis ocius aufugerunt? Quis neget hanc veritatem, quam experientia confirmat, ratio roborat, sensus confortat? certe innumera beneficia, quæ MARIA clientibus suis præstitit, maximam ei venerationem deberi probant.

Oratio.

O MARIA! ego Te agnosco tanquam Reginam coeli & terræ; & ideo Te veneror, Ego Te agnosco tanquam Filiam DEI Patris, Matrem DEI Filii, Sponsam Spiritus Sancti; & ideo Te honoro. Ego novi, quod sis gratia virtutibus & meritis plena, Mater amabilissima, Virgo pulcherrima, Patrona potentissima; & ideo Te colo, & invoco. Denique ego novi, quod Christus ipse maximam venerationem tibi exhibuerit, juxta illud: *Erat subditus illis*; & hinc ego tanquam Christianus nunquam Te venerari desinam; o MARIA!

Virgo Veneranda! Ora pro nobis!



5

Journal of the ... of ...
... ..
... ..



Beatissimam prædicaverunt. Prov. 31.

Beatus ventus qui te portavit

Non recedat laus tua de ore hominum.
Judith. 13.

Virgo Prædicanda!

Consideratio.


I.

Nomen **MARIÆ**, ut imago exhibet a quatuor Angelis deprædicatur, ad denotandum, quod in omnibus quatuor mundi partibus, adeoque in toto orbe laus **MARIÆ** promulgetur. Et quid ni? Judithæ devicto Holoferne omnis populus acclamat: *Tu gloria Jerusalem! tu lætitia Israel! tu honorificentia populi;* cur non prædicetur **MARIA**, quæ caput infernalis serpentis contrivit, & Salvatorem totius humani generis peperit: **O MARIA!** Tu digna es omni præconio, & *hinc non recedat laus tua de ore hominum.*

II.

Profecto si teste Scriptura honorandus est Medicus *propter necessitatem;* utique **MARIÆ** omnis laus competit, quæ salus infirmorum, & consolatrix afflictorum est, & in maximis periculis ac necessitatibus omnibus invocantibus se auxilium præstat? Si laudari meretur virtus, & homo virtute clarus, nunquid **MARIA** maximam meretur laudem, quæ pene tot virtutes, quot mare guttas, fere tot gratias, quot sol radios habet? agnovit hoc mulier illa in Evangelio nomine Marcella, quæ publice prædicavit **MARIAM**, dicens: *Beatus venter, qui te portavit.*

VIRGO PRÆDICANDA.



Beatisimam predicaverunt. Prov. 31.

Beatus vobis qui se portant

Non recedat laus tua de ore hominum.
Judith. 13.

Virgo Prædicanda!

Consideratio.

I.

Nomen **MARIÆ**, ut imago exhibet a quatuor Angelis deprædicatur, ad denotandum, quod in omnibus quatuor mundi partibus, adeoque in toto orbe laus **MARIÆ** promulgetur. Et quid ni? Judithæ devicto Holoferne omnis populus acclamat: *Tu gloria Jerusalem! tu lætitia Israel! tu honorificentia populi;* cur non prædicetur **MARIA**, quæ caput infernalis serpentis contrivit, & Salvatorem totius humani generis peperit: **O MARIA!** Tu digna es omni præconio, & hinc non recedat laus tua de ore hominum.

II.

Profecto si teste Scriptura honorandus est Medicus propter necessitatem; utique **MARIÆ** omnis laus competit, quæ salus infirmorum, & consolatrix afflictorum est, & in maximis periculis ac necessitatibus omnibus invocantibus se auxilium præstat? Si laudari meretur virtus, & homo virtute clarus, nunquid **MARIA** maximam meretur laudem, quæ pene tot virtutes, quot mare guttas, fere tot gratias, quot sol radios habet? agnovit hoc mulier illa in Evangelio nomine Marcella, quæ publice prædicavit **MARIAM**, dicens: *Beatus venter, qui te portavit.*

III.

Ulterius quæro: nunquid opus alicujus artificis sine omni nævo confectum laudari meretur? meretur enim vero juxta illud: *In manu artificis opera laudabuntur.* En! MARIA opus excelsi & Divini artificis est, opus sine omni omnino peccati nævo, ergo laudari meretur? Rursus quæro: nunquid laudatur hortus ob odorem, florem & fructum? fons salutarium aquarum multitudine liberalis? atqui MARIA hortus est, in quo ortus erat ille, qui de se ipso dicit: *Ego flos campi*; MARIA fons est aquæ salientis in vitam æternam; igitur cum veritate vocatur *Virgo prædicanda?*

Oratio.

O MARIA! Virgo prædicanda! & omni laude dignissima! dignare me laudare Te! impetra mihi gratiam, ut lingua mea semper laudem tuam loquatur; ut cor meum semper laudem tuam meditetur; ut opera mea semper ad laudem tuam peragantur; & sic corde, ore, ac opere semper laudem tuam prædicem & augeam, quod officium & obligatio Mariani clientis exigit. Huic igitur officio, & obligationi ut satisfaciam, O MARIA!

Virgo prædicanda! Ora pro nobis!

THE GREAT



THE GREAT
THE GREAT
THE GREAT

VIRGO POTENS.



Fecit potentiam in

brachio suo.

In manu tua virtus et potentia . 1. Paral. 29.

Virgo potens!

Consideratio.

I.

Qui *mulierem fortem* quærit, de qua Salomon mentionem facit, videt illam in hac imagine repræsentatam. Nimirum MARIA undique instrumentis & armis bellicis circumdatur ad indicandum, quod sit mulier illa fortis, quæ a Scriptura prædicatur tanquam castrorum acies ordinata, & cujus potentiam admiratur coelum, obstupescit terra, formidat infernus: paucis: quæ cum veritate de se dicere potest: *fecit mihi magna, qui potens est, & omnia possum in eo.*

II.

Verum in quo consistit *MARIÆ* potentia? forsan in lingua, quæ pronunciando verbum *Fiat DEUM* a coelo deduxit? forsan in oculis? quorum uno coelestem Sponsam vulneravit, juxta illud: *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum?* Forsan in virgineo ejus utero, in quo portavit *DEUM* hominem? hæc omnia dici possunt; at juxta textum subscriptum dicendum est: *In manu tua virtus & potentia.* Nimirum *MARIA* tanquam Regina coeli potentissima jure merito in manu sua sceptrum tenet, quo cum filio suo Christo mundum gubernat.

III.

Jahel & Judith magnam in brachio suo potentiam ostenderunt, dum illa caput Sifaræ clavo transfixit, hæc vero Holoferni caput ense demessuit; at MARIA longe potentio rem se ostendit, quia brachiis suis portavit portatorem terræ, & amplexata est DEUM immensum ac omnipotentem. Scilicet MARIA habuit in brachiis suis *brachium DEI*, quod teste Paulo nil aliud est, quam *Virtus DEI!* & hinc mirum non est, quod adeo potens sit.

Oratio.

O MARIA! Tu es, & vocari mereris *Virgo* vere potens; nempe Tu es potens in cœlo, ubi tanquam Regina triumphas: potens in paradyso, ubi caput serpentis contrivisti: potens in inferno, a quo innumeras animas præservas: potens in purgatorio, ex quo per te animæ captivæ liberantur: potens contra hostiles exercitus: potens contra famem & pestem: potens contra morbos & mortem ipsam: potens denique contra corporis & animæ hostes tam visibiles quam invisibiles; Te igitur in protectricem meam eligo; O MARIA!

Virgo potens; Ora pro nobis!

Et ...

...

...

...

...





Clementia ejus, quasi imber serotinus. Prov. 16.

Et Carnelis tuis hauriam aquam. Cor. 24.

Clemens ero, in quem mihi placuerit. Exod. 33.

Virgo clemens!

Consideratio.

I.

Clementia **MARIÆ** symbolice repræsentatur per pellicanum, & gallinam pullis suis infidentem; & optime quidem, nam sicut Pellicanus pullos suos proprio sanguine nutrit, & alit, ita **MARIA** cultores suos spiritualiter reficit per Christum Filium suum, qui ex Virgineo illius sanguine factus est homo. Item quemadmodum gallina suos pullos alis suis tegit, & protegit, ita **MARIA** quodammodo pallium misericordiæ suæ super nos extendit, & ab omni incurfu & periculo nos defendit.

II.

Porro **MARIA** facile movetur ad misericordiam; ait enim: *Cor meum tanquam cera liquefcens*; imo dici potest, quod sit *lex clementiæ in lingua ejus*; At quare hoc? ideo, quia lingua **MARIÆ** pro hominibus apud **DEUM** perorans semper ad Clementiam eum movet, ita quidem, ut ejus preces quodammodo vim legis habere videantur. Hanc veritatem experti sunt hospites in nuptiis Cananæis, ubi ad paucula ista verba a **MARIA** prolata: *Fili! vinum non habent*, statim Christus ad misericordiam motus aquam in vinum mutavit.

III.

Quare ut imago exhibet, Clementia **MARIÆ** recte comparatur imbri serotino, juxta illud: *Clementia ejus, quasi imber serotinus*; Sicut enim imber serotinus terram summo opere reficit, ac fecundat, ita Clementia Virginis ad proferendos virtutum fructus promptos nos reddit. Plus dico: Sicut Rebecca erga servum Eliezer præbendo ei & ejus camelis potum beneficam se ostendit, licet eum non nosset; ita **MARIA** sapissime clementem se exhibet illis, a quibus nullam singularem devotionem experta est, quasi dicens: *Clemens ero, in quem mihi placuerit.*

Oratio.

O **MARIA!** firmissime credo, quod jam multæ Urbes ac Regna ob scelera sua periissent, nisi Tu illis Urbs refugii fuisses; imo credo, quod si tu o Virgo clemens tempore diluvii vixisses, sine dubio iram **DEI** mitigasses, & poena n illam acerbissimam per intercessionem tuam avertisses. Certe quot sunt in fontibus guttæ, tot gratiarum rivuli ex sinu misericordiæ Tuæ in nos homines profluunt; agnosco hoc, & rogo:
O MARIA!

Virgo Clemens! Ora pro nobis!



VIRGO FIDELIS.
Cor ejus fidele. 2. Efd. 9.



Esto fidelis usque ad mortem. Ap. 2.

Virgo fidelis!

Consideratio.

I.

IMago exhibet cor, & in corde MARIAM ad significandam ejus fidelitatem. Certe MARIA juxta appositum sacrum textum merito vocari potest *Mulier Fidelis*, & *cor ejus fidele*; at quare? ideo, quia pactum suum, quod per verbum *Fiat* fecit, fideliter servavit. Nimirum dicendo *Fiat!* quodammodo promisit Sponso suo Spiritu Sancto, quod corpus suum ab omni macula purum conservare velit: & Patri Divino, quod velit fieri Mater illius Filii, & consequenter omnem pro illo curam habere. Jam utrumque promissum fideliter implevit MARIA.

II.

Fidelis erat uxor Michol, quæ Davidem per fenestras dimisit, ut hostium suorum furori se subtraheret. Fidelis Ariadne, quæ Theseum per filum porrectum ex labyrintho deduxit; at incomparabiliter major erat fidelitas MARIE, quæ tanquam Mater fidelis *usque ad mortem* Christo Filio suo adstitit, & omnia pati voluit corde & animo, quæ ipse passus est corpore.

III.

At non solum MARIA Mater fidelis fuit erga Christum Filium suum, sed etiam Matrem fidelem se exhibet nobis. Constat, quod Christus in cruce testamentum fecerit, & in illo MARIÆ Joannem, & cum Joanne omnes homines quasi filios adjudicaverit. Jam quæro: nunquid MARIA in hanc Christi voluntatem consensit? consensit enim vero; igitur nos recepit in filios, & quod sequitur, si nos fideles sumus filii, etiam illa fidelem se nobis exhibet Matrem.

Oratio.

O MARIA! scio equidem, quod fidelis Mater fuerit Sara, cujus maxima cura erat, ut filium suum Isaac a mala societate separaret. Scio, quod fidelis Mater fuerit Rebecca, quæ pio dolo filio suo Jacobo paternam benedictionem impetravit; sed fidelitas tua longe major est, & hinc rogo Te o Mater fidelis; esto mihi Sara, & ne permittas me pervenire inter seductores & malos socios, esto mihi Rebecca, & impetra mihi benedictionem Divinam, & jus cœli; **O MARIA!**

Virgo fidelis! Ora pro nobis!



Printed and Published by the City of Boston

1850

1850



Videmus nunc per speculum . 1 . Cor . 13 .

Speculum justitiæ!

Consideratio.

I.

REcte Christus vocatur *Sol justitiæ*; recte etiam **MARIA** appellatur ab Ecclesia *Speculum justitiæ*, per utrumque enim Symbolice præsentatur justitia. Nempe sicut Sol radios suos effundit æque in viles & rusticas casas, ac in Regum ac Principum aulas, ita Christus omnibus gratiam impertitur ad salutem necessariam. Pariter etiam speculum symbolum justitiæ est, quia ut imago exhibet, cuique suum reddit, hoc est, cuique inspicienti propriam formam repræsentat, scilicet Angelo Angelicam, homini humanam, diabolo diabolicam.

II.

Porro **MARIA** non solum est speculum justitiæ, sed quod hic per justitiam intelligitur, speculum omnium virtutum, sed etiam speculum est sine omni macula. Constat, quod specula per minimum quemdam halitum maculentur; at **MARIA** nullam omnino maculam admisit; imo sicut speculum virus basilisci non recipit, sed quodammodo in ipsum rejicit, eumque occidit, ita Maria tanquam speculum justitiæ venenum peccati originalis non admisit, & caput infernalis basilisci contrivit.


III.

Dum Paulus ait: *Videmus nunc per speculum*, sub nomine speculi fidem intelligit; at recte etiam hæc verba imagini subscribuntur, nam etiam per MARIAM tanquam speculum justitiæ videmus, & quid? videt fervus. quomodo obedire; superbus, quomodo se humiliare: impurus, quomodo caste vivere debeat. Videt per hoc speculum tepidus fervorem, quem concipiat; iratus mansuetudinem, quam induat; impius pietatem, quam colat; injustus justitiam, quam exerceat; imo vident omnes, quomodo ad exemplum MARIÆ juste pieque vivere debeant.

Oratio.

O MARIA! Tu omnes boni speculi qualitates habes; præcipue autem in uno imitaris speculum. Nimirum sicut quo propius ad materiale speculum accedimus, eo propius etiam figura accedit ad nos; & quo magis nos a speculo recedimus, eo magis etiam recedit figura a nobis, ita quo propius per devotionem ad Te accedimus o speculum justitiæ, eo propius etiam protectio & auxilium tuum ad nos accedit, & si recedimus a Te, mirum non est, si etiam tu recedas a nobis. Capió hoc, & statuo semper propius ad Te accedere; o MARIA!

Speculum justitiæ! Ora pro nobis!



1767
 1768
 1769
 1770
 1771
 1772
 1773
 1774
 1775
 1776
 1777
 1778
 1779
 1780
 1781
 1782
 1783
 1784
 1785
 1786
 1787
 1788
 1789
 1790
 1791
 1792
 1793
 1794
 1795
 1796
 1797
 1798
 1799
 1800

SEDES SAPIENTIÆ.



Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem: Prov. 9.

T.P.S.C.M.

Klauber Cath. Sc. et exc. A.V.

Sedes Sapientiæ!

Consideratio.

I.

IMago domum illam exhibet, de qua Salomon ait: *Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem*; & per domum hanc MARIAM repræsentat, quæ ab Ecclesia vocatur *Sedes sapientiæ*; & merito quidem, quia in Virgineo ejus utero ipsa incarnata sapientia Christus sedem suam fixit, & novem mensibus in MARIA habitavit Verbum, quod caro factum est. Porro sicut in hoc Verbo summa consistit sapientia, ita MARIA per hoc Verbum incomparabilem quandam sapientiam est consecuta.

II.

Domus sapientiæ juxta allatum textum septem columnas habet, quibus septem præcipuæ virtutes, scilicet tres Theologicæ Fides, Spes & Caritas, & quatuor Cardinales nempe prudentia, justitia, fortitudo ac temperantia, aut septem dona Spiritus Sancti denotantur. Porro utrumque in MARIA invenitur; primum quidem, quia speculum omnium virtutum est; Secundum vero, quia Sponsa Spiritus Sancti est, & quod sequitur, a Sponso suo donis maximis cumulata. Recte igitur MARIA sedes seu domus sapientiæ vocatur, & quidem septem columnis firmata.

III.


Alibi etiam MARIA vocatur *Liber generationis JESU Christi*, per quæ verba manifeste indicatur, quod optimo jure vocari possit Sedes Sapientiæ. Nimirum Ipse Pater Divinus hujus libri auctor est juxta illud: *Eruçtavit cor meum verbum bonum*, imo unicum hoc verbum, quod eruçtavit Pater, & conceptum est de Spiritu Sancto, continet liber Marianus, sed in hoc uno totam & omnem sapientiam continet. Merito igitur huic libro inscribi potest titulus: MARIA per Verbum incarnatum facta Sedes Sapientiæ.

Oratio.

O MARIA! Tu cum veritate dici potes liber generationis JESU Christi, quia in Virgineo tuo utero Verbum ab æterno productum factum est Caro; Tu dici potes liber declaratorius intellectus æterni, quia DEUS Pater in Tuo corpore quasi charta virgine cogitationem suam per verbum unicum expressam toti mundo manifestam fecit. Tu liber es expositivus Verbi Divini, quia illud invisibile humana ex sanguine tuo veste indutum visibile nobis fecisti; Ah esto mihi etiam liber precatorius, per quem a DEO veniam peccatorum meorum impetrare possum; **O MARIA!**

Sedes Sapientiæ! Ora pro nobis!

ALMA MATER LIBRARY



Faint text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side, including the words "ALMA MATER LIBRARY" and "UNIVERSITY OF CALIFORNIA".

CAUSA NOSTRÆ LÆTITIÆ



Celebrate eam cum omni lætitia. Ester. 16.

Lætificaverat eos lætitia magna. 2. Esd. 12.

Deus in nobis suscipit precantibus

Tristitia Nostra convertetur in gaudium.

Causa nostræ lætitiæ!

Consideratio.

I.

IN imagine exhibetur Judith & Esther, quarum utraque causa magnæ lætitiæ fuit; hæc nempe Judæis, illa autem incolis urbis Bethulix. Utraque hæc mulier figura **MARIÆ** est, quæ ab Ecclesia vocatur *Causa nostræ lætitiæ*; & merito quidem, quia peperit Salvatorem mundi, hoc est, Christum, qui non unam gentem, sed omnes homines, a morte non temporali, sed æterna libera- vit, & sic tristitiam nostram in universalem læti- tiam convertit juxta textum subscriptum: *Tristi- tia nostra convertetur in gaudium.*

II.

Diem illum tristitiæ, quo Judæi omnes lata jam mortis sententia occidi debuissent, ad in- tercessionem Esther Rex Assuerus in diem læti- tiæ convertit, & teste Scriptura *cum omni lætitiâ* celebrari jussit. Certe læta hæc dies erat; at in- comparabiliter lætior dies erat vigesima quin- ta Martii, qua **MARIA** facta est Mater Christi, & quod sequitur, causa nostræ salutis. Quare si- cut Joannes præ gaudio in utero exultavit, quia cognovit præsentiam Redemptoris sui in utero Mariano latentis, ita & nos considerando diem illum, quo Archangelus **MARIÆ** annunciavit maternitatem Christi, semper lætemur.

III.

Ulterius exhibet imago inferius ex una parte limbum, ex altera vero purgatorium ad indicandum, quod, sicut olim MARIA detentis in limbo Patribus maximam lætitiã causavit, dum quasi aurora confurgens illis ortum solis justitiæ Christi annunciavit, ita etiamnum in dies per eam detentis in purgatorio animabus magnum solatium, & auxilium accedat.

Oratio.

O MARIA! Scriptura dicit, quod olim Israelitis Arca Domini ingens gaudium, spem ac solatium causaverit, eo quod in illa virga Aaronis, manna, & tabulæ Moysis asservarentur; at incomparabiliter majus gaudium per te nobis accedit o MARIA! quia Arca viva es, in qua Divinum manna, nempe Christus ipse novem integris mensibus ad salutem nostram asservabatur. Gaudeo ego o MARIA! quoties Nomen tuum pronuncio, imo quoties Nomen tuum in posterum pronuncio, toties ad te clamo, & quasi dico: o MARIA!

Causa nostræ lætitiæ! Ora pro nobis!



VAS SPIRITUALE.

Spiritus S. superveniet in te

Si inveni gratiam in illo in me Spiritum Sanctum.
1. Cor. 12. 13.



Vas in honorem . Rom . 9 .

Vas Spirituale!

Consideratio.

I.

I Mago repræsentat Calicem & alia vasa aris imponi solita, ad indicandum, quod **MARIA** fit, & ab Ecclesia recte vocetur *Vas spirituale*. Nimirum sicut in Calice durante missa asservatur sanguis Christi, ita in Virgineo **MARIÆ** utero tanquam in vase spirituali vera Christi caro & sanguis novem mensibus asservatus est.

II.

Propheta Jeremias olim a Domino jubebatur ire in domum figuli, ut videret, & intelligeret, a sola figuli voluntate dependere, an ex limo vas in honorem, aut in contumeliam conficere vellet. Per hanc similitudinem docere voluit **DEUS**, quod pro libitu suo hominem elevare, aut deprimere possit, & sic cum homine, sicut figulus cum limo agere. Porro dum **DEUS MARIAM** in Matrem elegit, hoc ipso eam elegit tanquam *vas in honorem*, quod per obumbrationem Spiritus Sancti sanctificatum est.

III.

Moyfes in Testamento antiquo quasi Secretarius Domini erat, cui præter alia DEUS præcepit, ut ad servitium Divinum vasa quædam spiritualia confici curaret, nominatim Arcam foederis, mensam auream, cui singulis diebus sabbati duodecim panes imponebantur, aureum candelabrum, vasa olei, calices & thuribula, per quæ omnia juxta mentem Sanctorum Patrum MARIA intelligi potest tanquam vas spirituale.

Oratio.

O MARIA! sicut ab Ecclesia jure merito vocaris vas spirituale, ita pariter vivum Salomonis templum te appello, utpote in quo summus Sacerdos Christus: cor tuum purissimum quasi ara privilegiata: os tuum devotum quasi thuribulum aureum: ferventissima tua oratio quasi Sacrificium odoris: denique tua charitas quasi lampas ardens est. O gloriosum Vas! o benedictum Templum! ego, ut iram DEI evadam, ad hoc templum confugio, & in eo asylum quaero, vociferans: O MARIA!

Vas spirituale! Ora pro nobis!



Vos admirabilem...
 1734

VAS HONORABILE .



Vas admirabile, opus Excelsi. Eccli 43.

Vas honorabile!

Consideratio,

I.

I Mago exhibet MARIAM in Monstrantia; at cur hoc? ideo, ut imaginem intuens intelligat, MARIAM rectissime appellari *vas honorabile*. Scilicet quemadmodum Monstrantiæ magnus honor exhibetur, in quantum non nisi personis Ecclesiasticis, & ad servitium Divinum specialiter deputatis eam tangere licet, non aliam ob causam, quam quia in ea collocatur corpus Christi, ita pariter MARIÆ maximus honor debetur, quia in ejus utero tanquam vase honorabili Verbum Divinum caro factum est.

II.

Teste Sacra Scriptura olim quinquaginta Bethsamaritarum millia occidebantur, & quare? ideo, quia Arcam DEI frivole aspexerunt. Oza repentina morte periit; & cur? ideo, quia arcam indignus tetigit. Rex Balthasar regnum & vitam perdidit; & quam ob causam? causa præcipua erat hæc, quia vasis spiritualibus in conviviiis abusus est. Heu! quæ pæna timenda est illis, qui MARIÆ debitum honorem non exhibent, quæ juxta textum subscriptum est *vas admirabile, opus excelsi?*

III.

Sepulchrum, in quo Corpus Christi tantum per triduum detinebatur, perquam gloriosum est, & a confluyente numerofo populo magna cum veneratione vifitatur; quanto major honor & reverentia debetur **MARIÆ**, cujus Virgineo Corpori Chriftus per integros novem menses inclufus eft? honoratur mons Oliveti, quia illi Chriftus ascendens in coelum veftigia pedum fuorum impreflit; nunquid incomparabiliter major cultus competit **MARIÆ** Chrifti Matri?

Oratio.

O **MARIA**! certum eft, quod Filius tuus Chriftus femper magnum quemdam honorem & fimul amorem tibi exhibuerit; Jam vero fi **DEUS** ipfe te honoravit, quantum tibi honorem & cultum debemus nos miferi homines? certe maximum, & perpetuum. Ah! ignofce mihi, o **MARIA**! quod huic obligationi meæ haftenus non fatisfecerim; propono firmiter, & ftatuo, me deinceps femper, præcipue in feftivitatibus tuis majorem cultum & venerationem tibi exhibiturum efle; **O MARIA**!

Vas honorabile! Ora pro nobis!

VAS INSIGNE DEVOTIONIS.



Illi offerebant vasa, et

illa infundebat. 4. Reg. 4.

Egredietur Vas purissimum. Prov. 26.

Vas infigne Devotionis!

Consideratio.

I.

IMago repræsentat inferius virum Elisæum, qui modicum oleum cujusdam pauperis viduæ adeo auxit, ut omnia exinde vasa impleta fuerint. Nimirum, ut Scriptura testatur, *illi, hoc est, ejus filii, offerebant vasa, & illa infundebat*, scilicet tam diu, donec omnia oleo plena facta sint. Porro sicut oleum communiter devotionem significat, ita per hæc vasa recte intelligi potest **MARIA**, quæ in litanis Lauretanis vocatur *vas infigne devotionis*. Certe quisquis hoc vas Marianum recte considerat, dicet cum sanctis Patribus, quod plenum fuerit oleo, seu devotione.

II.

Quæso! quam vitam duxit **MARIA** ante partum filii sui? nunquid piissimam & devotissimam? nunquid vita illius consistebat in assidua oratione? in perpetuis vigiliis? in piis meditationibus? in exercitio bonorum operum? Certe Nuncius Angelicus **MARIAM** non nisi orantem, & legentem invenit. Ulterius: quomodo vitam suam transegit **MARIA** post partum Filii sui? nunquid in dolore, seu dolorosis meditationibus, quas de passione & morte filii sui habuit? Profecto hæc meditationes fuerunt ille gladius doloris, qui ipsius animam pertransivit.

III.

Denique MARIA post ascensionem Christi quindecim adhuc annis & tribus mensibus vixit; at quomodo? iterum devotissime. Inhabitavit parvam domum in monte Sion illi domui proximam, in qua Christus ultimam coenam instituit, semper humillima: singulis noctibus surrexit hora duodecima, & perseveravit in oratione usque ad solis ortum: Joannes quotidie legebat Missam, & Eucharistiam illi porrexit: Ab Angelis teste Hieronymo visitabatur sæpius, & juxta revelationem Birgittæ factam quotidie loca illa visitavit, in quibus Christus passus est; nunquid hæc maxima devotio est?

Oratio.

O MARIA! nota mihi est devotio Judithæ, quæ induta cilicio in solitudine devotam vitam duxit; nota mihi est devotio Annæ Prophetissæ, quæ teste sacro textu non discedebat de templo: jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die; at devotio tua incomparabiliter major fuit. Ah! rogo Te, o MARIA! compensa per devotionis tuæ excessum devotionis meæ defectum, & offer Filio tuo humilitatem tuam pro mea superbia, temperantiam tuam pro mea intemperantia, vigiliis tuas pro mea somnolentia, virtutes tuas pro vitiis meis; O MARIA!

Vas insigne devotionis! Ora pro nobis!



(This is a very faint vertical line of text, possibly a page number or reference code.)

THE GREAT BRITAIN

THE GREAT BRITAIN

ROSA MYSTICA.



Quasi plantatio rosae. Eccli 24.

Quasi Flos rosarium. Eccli 50.

Coronemus nos rosis. Sap. 2.

Rosa mystica!

Consideratio.

I.

MARIA juxta exhibitionem Iconis ab Ecclesia vocatur *Rosa mystica*, & quare? ideo, quia omnes bonas & laudabiles rosæ proprietates habet. Imprimis rosa inter omnes flores principatum tenet, & quodammodo florum Regina est; pari modo MARIA omnes Angelos, & Sanctos dignitate superat, gloria excellit, & meritissimo titulo cœli terræque Regina vocatur, & colitur.

II.

Secundo vocatur Rosa ob candidum & rubicundum suum colorem flos virgineus, & per ejus candorem virginea puritas, per ruborem autem verecundia communiter denotatur, juxta consuetudinem antiquorum, qui virginibus demortuis coronam ex rosis imponere solebant. Talem præ omnibus coronam meretur MARIA Rosa mystica, quæ candorem virginitatis ante partum, in partu, & post partum illæsum conservavit.

III.

Denique tertio sicut rosa non solum amœnũ sed etiam vehementem odorem præ aliis floribus spirat; ita similiter MARIA rosa mystica mirabili virtutum odore omnes homines superavit. Et hinc si alii Sancti, qui in terra vitam suam in perpetuo bonorum operum ac virtutum exercitio transegerunt, cum Paulo dicere possunt, *Nos sumus bonus odor Christi*, tunc MARIA cum veritate dicere potest: *Ego sum optimus odor Christi.*

Oratio.

O MARIA! Rosa mystica! ego admiror amœnissimum & admirabilem virtutum tuarum odorem, simulque maximo pudore & dolore afficior, dum considero hortum animæ meæ, in quo nullus flos aut virtutum odor est, sed nil nisi spinæ & zizania vitiorum inveniuntur. Ah! impetra mihi gratiam, ut, sicut olim Franciscus spinas illas, in quibus se Benedictus volutavit, convertit in rosas; ita spinæ peccatorum meorum convertantur in rosas virtutum; in signum gratitudinis te sæpius coronabo rosis, quod sic devota recitatione Rosarii. O MARIA!


Rosa mystica! Ora pro nobis!

THE HISTORY OF THE



THE HISTORY OF THE
 THE HISTORY OF THE
 THE HISTORY OF THE

TURRIS DAVIDICA.



Turris fortitudinis à facie inimici. Ps. 60.

Turris Davidica!

Consideratio.

I.

MARIA recte repræsentatur per Turrim Davidicam, eo quod magnam cum hac turri paritatem habeat. Imprimis sicut Turris Davidica ædificata est ad decus & ornamentum urbis Jerosolymitanæ, ita MARIA turris adinstar magnificentissimæ coelestem civitatem Jerusalem ornat, ac decorat. Certe si regnum coeleste in plures civitates dividatur, tunc Abraham in civitate Patriarcharum, Moyse in civitate Prophetarum, Petrus in civitate Apostolorum, Stephanus in civitate Martyrum, Catharina in civitate Virginum tanquam turres excelsæ & gloriosæ eminent; at MARIA in toto cœli Regno omnium altissima & magnificentissima turris est.

II.

Secundo turris Davidica ædificabatur tanquam locus refugii, in quo Judæi asylum & vitæ securitatem quærebant. Pari modo MARIA turris refugii est, utpote quæ peccatoribus maximis gratiam & veniam impetrat. Felices illos! quos turris Mariana protegit. In turri Babylonica, & domo Jobi nemo securus erat, quia & hanc & illam ventorum vis prostravit, & dejecit; at quisquis ad MARIAM confugit, sub protectrici ejus pallio in omnibus periculis securus erit.

III.

Denique turris Davidica exstructa est etiam ad defensionem, ut nimirum ex illa contra incursionis hostiles resistentia fieri posset, qua de causa etiam mille clypei ex ea dependebant. Similiter MARIA tot clypeis armata, quot gratiis confortata jure meritissimo juxta textum imagini subscriptum vocari potest *turris fortitudinis a facie inimici*. Nimirum illa clientes suos contra hostes visibiles & invisibiles potentissime defendit, & qui pugnam aggreditur duce MARIA, ille semper victor evadit.

Oratio.

O MARIA! quotiescunque deinceps ab hostibus sive visibilibus sive invisibilibus angor, aut periculum aliquod timebo, semper ad te confugiam, & apud te securitatem quæram o turris Davidica! imo sicut olim mulier ex turri Thebana projecto lapide caput persecutoris Abimelech contrivit, ita etiam tu o MARIA! hostes meos a me repelle per lapidem illum, qui fundamentum Ecclesiæ est, scilicet per lapidem angularem Christum Filium tuum. O MARIA!

Turris Davidica! Ora pro nobis!



This is a very faint and illegible line of text at the bottom of the page. The characters are too light and blurry to be read accurately, but they appear to be a single line of a title or a short paragraph.

TURRIS EBURNEA.

Columna sicut turris eburnea. Cant. 7.



Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, et vellivit eum auro fulvo nimis. 3. Reg. 10.

Turris eburnea!

Consideratio.

I.

Juxta textum subscriptum *fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestivit eum auro fulvo nimis*; ex quo patet, quod summopere aestimaverit ebur. Pari modo Ecclesia **MARIAM** recte & convenienter vocat turrim eburneam, quia ebur, seu dens elephantis magnarum virtutum symbolum est; Imprimis ebur candore suo maximo ac incomparabili incomparabilem **MARIÆ** Virginitatem denotat, quod ipsum confirmare videtur sacra Scriptura per verba illa: *Collum tuum sicut turris eburnea.*

II.

Rurfus ebur symbolum est fortitudinis, quod ex eo colligitur, quia olim super elephantes magnæ turres extractæ sunt. Porro hoc symbolum iterum rectissime **MARIÆ** convenit, quæ mulier illa fortis est, cujus potentia caput infernalis serpentis contritum est; cujus fortitudine hostiles profligantur exercitus, cujus vi & virtute ejus clientes ab omni corporis & animæ eripiuntur periculo.

III.

Avis, quæ vocatur alcedo, super mare extruere solet nidum suum, cui semper frustum eboris imponit; at quare hoc? ideo, ajunt naturæ perscrutatores, quia ebur virtutem habet sedandi fluctus, marisque mitigandi furorem; & hanc ipsam causam esse dicunt, cur olim nau- tæ transtra sua ex ebore confecerint. Quid- quid sit: mundus mare est, & vita nostra na- vigatio; in hac autem navigatione nemo secu- rius ad portum salutis pervenit, quam ille, cui MARIA turris eburnea auxilium præstat.

Oratio.

O MARIA! Turris eburnea; rogo te per ad- mirabilem tuam puritatem, ut mihi in om- ni periculo, præcipue in periculo violandæ ca- stitatis fortiter semper assistas, & gratiam a Fi- lio tuo castitatis amatore impetres, ut impurum spiritum sagitta illa, qua cor Divæ Theresiæ vulneratum est, scilicet sagitta amoris divini abi- gam, & sic superatis tentationibus carnis anima mea eburis candorem præferat, O MARIA!

Turris eburnea! Ora pro nobis!



Johns & Co. Printers, New York

Printed and Published by

DOMUS AUREA.



Domus templi ex auro . 3. Reg. 7.

Domus aurea!

Consideratio.

I.

I Mago exhibet domum seu palatium Salomonis, undique auro vestitum, per quod MARIA indicatur, quæ ab Ecclesia dicitur domus aurea. & optime quidem; MARIA enim est domus illa gloriosa, de qua scriptum est: *Compleverat gloria Domini domum DEI: MARIA Domus illa admirabilis est, quam Christus ipse elegit, ut habitaret in ea, juxta verba illa: Hic habitabo, quoniam elegi eam.*

II.

Porro per aurum Ecclesia nil aliud indicare vult, quam virtutem, quæ teste Salomone omne aurum excellit. Quare dum MARIA domus aurea vocatur, hoc titulo significari solet, eam esse domum, in qua omnes quasi habitaverunt virtutes. Nec mirum est, aut imperceptibile, quippe MARIA gratia plena, & singularibus, ac extraordinariis privilegiis, quæ nec ullus Sanctorum aut etiam Angelorum habuit, a DEO donata fuit.

III.

Denique si quis quærat, quales partes habeat hæc domus aurea? responderi potest: tectum in hac domo charitas: fundamentum humilitas: quatuor muri virtutes quatuor cardinales sunt. Rursus fides **MARIÆ** adinstar ostii fuit; per fidem enim ad **DEUM** acceditur, & cui hæc janua clausa est, hoc est, qui fidem non habet, illi nullus accessus patet. Tandem fenestrarum loco spes & fiducia in **DEUM** est; sicut enim per fenestras accedit lux in domum, ita per spem in animam intrat lux gratiæ, juxta illud: *Omnis, qui habet spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.*

Oratio.

O **MARIA!** Tu cum omni veritate dici potes domus aurea; verum quia communiter in domibus aureis non nisi personæ nobiles habitare solent, ego vero virtutum nobilitate non sum præditus, ideo dignus non sum, ut in hanc domum recipiar. Quid ergo faciendum? incidit mihi consilium; nimirum procumbo ad pedes, & peto suscipi in servum domus aureæ; recipe me o **MARIA!** ego serviam tibi fideliter, diligenter, & constanter; felicem me! si inter domesticos tuos vivam & moriar; **O MARIA!**

Domus aurea! Ora pro nobis!

FRANCIA

FRANCIA

FRANCIA

FRANCIA



Surge Domine in requiem tuam,

In et Arca Sanctificationis tuae. Psalm. 131.



Vir mortis es, sed hodie te non interficiam: quia portasti Arcam Domini. 3. Reg. 2.

Fœderis Arca!

Consideratio.

I.

REcte MARIA vocatur *Arca fœderis*, quia mirabiles illius arcæ qualitates, excellentiæ, & effectus singulari quodam modo in MARIA inveniuntur. Imprimis Arca illa ex incorruptibili ligno Sethim confecta erat, per quod lignum corpus *MARIÆ* corruptionis expers denotatur; nam postquam MARIA non tam mortua est, quam vivere desiit, & ab Apostolis sub comitatu multorum Angelorum in valle Josaphat sepulta fuit, post triduum iterum resurgens cum corpore & anima in coelum assumpta est.

II.

Secundo Arca illa fœderis in- & exterius auro circumdabatur, & supra illam videbatur corona aurea, & duo Cherubin, per quæ omnia iterum intelligi potest MARIA. Scilicet per aurum denotatur charitas *MARIÆ*, qua ad intra & ad extra intensissima erat. Corona aurea representat *MARIAM* tanquam Reginam coelestem, cui Cherubin, & Seraphin, omnes Angeli & Sancti tanquam ministri inserviunt, summumque honorem exhibent.


III.

Juxta textum subscriptum dicebat olim Salomon ad Sacerdotem Abiathar: *Vir mortis es, sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini.* Simili modo illis DEUS parcit, qui **MARIAM** Arcam foederis venerantur. Rursus sicut Arca illa foederis aquas Jordanis separavit, ita ut Israelitæ sicco pede transire possent, pari modo **MARIA** amaras aquas tribulationum a clientibus suis separat, aut saltem mitigat. Denique sicut Arca illa prostravit muros Jericho, & Dagon in frustra disjecit, ita **MARIA** omnes hostiles impetus a nobis repellit.


Oratio.

O **MARIA!** perbene scio! quam graviter olim a **DEO** puniti sint, qui arcam illam foederis solum tetigerunt sine debita reverentia; at pariter scio, quod illi, qui tibi o **MARIA** debitum cultum denegant, & te vel verbo vel facto offendunt, gravissimam **DEI** indignationem incurrant. Quare semper omni possibili modo in posterum te colam o **MARIA!** Imo sicut olim per Arcam foederis domui Obededom accessit Divina benedictio, ita per imagines tuas in domo mea affixas omnem benedictionem a **DEO** me impetraturum esse spero; **O MARIA!**

Fœderis Arca! Ora pro nobis!



Attorney General's Office



Lumen coeli aperuit. Ps. 77.

Et hic alud nisi porta coeli. Gen. 28.

Attollite portas Principes vestras. Psalm. 23.

Janua Cœli!

Consideratio.

I.

IMago repræsentat portam cœli, quo titulo Ecclesia, & omnes Christi fideles MARIAM honorare & invocare solent, & merito quidem; nam sicut Christus de se ipso dicit: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur,* ita pariter MARIA porta cœli vocari potest, utpote per quam Christus de cœlo egressus est in mundum, & quasi nos docuit, quod vicissim nos homines per hanc portam facillime cœlum ingredi possimus.

II.

Nempe sicut dum Christus in Ascensione cœlum ingressus est, vox personuit: *Attollite portas principes vestras,* ita ex illo tempore, quo MARIA in Assumptione sua in cœlum triumphans introducta est, quodammodo porta cœli semper aperta manet, aut saltem peccatoribus MARIAM devote invocantibus statim aperitur, & quasi vox personat: *Pulsate & aperietur vobis.* Certe non solum divinum manna Christus per portam MARIAM in mundum descendit, sed per eam quotidie nova ac maxima beneficia, & gratiarum thesauri nobis adveniunt.


III.

Jacob a somno, in quo admirabilem coeli scalam, & in ea ascendentes & descendentes Angelos vidit, expergefactus dixit: *Non est hic aliud nisi porta caeli.* Quod Jacob vidit, id multi homines saepe experiuntur: nimirum Angeli saepe in praesidium, aut ministerium nostrum e caelo descendunt; at per quam portam veniunt? si veritatem fateri velimus, dicere debemus: *Non est hic aliud, nisi porta caeli,* nempe MARIA, ad cujus intercessionem DEUS gratias suas hominibus abundanter distribuit.

Oratio.

O MARIA! Tu scis, quod nos miseri homines, quamdiu in hoc mundo vivimus, nihil aliud simus quam viatores ad coelestem urbem Jerusalem proficiscentes; at tu scis etiam, quod via haec sit valde periculosa ac ardua, ita, ut multi fero nimis illuc perveniant, quibus dicitur: *Clausam est janua.* Has voces terribiles ne & ego audire debeam, te o MARIA! in Patronam meam eligo, & supplex rogo, ut animae meae olim a corpore meo discessurae felicem coeli ingressum impetres, & quoniam forte in mortis agone pulsare non possum, jam nunc pulso, & clamo: O MARIA!

Janua caeli! Ora pro nobis!



Faint text at the bottom of the page, possibly a title or description, which is mostly illegible due to fading.

STELLA MATUTINA .



Stella splendida et matutina . Ap. 22 .

Stella matutina!

Consideratio.

I.

INter stellas coeli una vocatur *Stella matutina*, quo titulo MARIA honorari & appellari solet, & recte quidem; sicut enim stella matutina præ aliis visibilis & splendida apparet, ita MARIA luce & splendore gloriæ Angelos & Sanctos incomparabiliter superat, Pariter quemadmodum oriente Stella matutina noctuæ, aliaque lucifuga animalia in antris, & tenebrosis locis se occultant, ita MARIA terret, & fugat diabolum, qui tanquam leo circuit quærens, quem devoret, nemini autem eorum nocere potest, in quos stella matutina MARIA vel unicum favoris radium projicit.

II.

Rursus constat, quod stella matutina mundo diem annunciet, illisque solatium afferat, qui noctis pertæsi adventum diei exoptant. Perbene hoc ipsum de MARIA dici potest; nunquid ante nativitatem Christi mundus totus densissimis vitiorum tenebris obductus erat? nunquid tunc terribilis idololatriæ nox erat? erat enim vero; quando autem MARIA orta est quasi stella matutina, tunc affulgebat spes proxima, quod sol justitiæ, & quod sequitur, dies salutis brevi oriturus sit, & sic tenebræ in lucem convertendæ sint.

III.

Qui navigant in mari, certam stellam observare solent tanquam ducem suam. Quæso! quid mundus est aliud quam mare? nunquid hoc mare amarissimis aquis tribulationum abundat? nunquid in hoc mari tot scyllæ & charybtes sunt quot pericula & occasiones peccandi? nunquid in hoc mari tot ventis, quot diabolicis tentationibus impugnamur? nunquid in hoc mari scopulorum loco sunt scandala gravissima? Syrenum loco focii perversissimi? ita est, mundus periculosum mare est; & qui respiciunt stellam matutinam MARIAM, & anchoram spei in illa ponunt, felicissime ad portum salutis perveniunt.

Oratio.

O MARIA! notum mihi est, quod olim DEUS sub specie Angeli per totam noctem cum Jacobo luctatus sit, ancipiti fere pugna; at quamprimum dies illucescere cœpit, statim Jacobus victor evasit, & insuper benedictionem a DEO obtinuit. Simili modo DEUS sæpe adversus hominem noctu, scilicet quando in statu peccati mortalis est, irascitur, eumque punire statuit; sed quando MARIA tanquam stella matutina oritur, & vel unicum misericordiæ suæ radium in peccatorem effundit, statim mitigatur DEUS, & gratiam ac benedictionem suam ei largiter impertitur: Ad te igitur confugio, & rogo: O MARIA!

Stella matutina! Ora pro nobis!



Julius Capitolinus...
 ...
 ...

SALUS INFIRMORUM .



Virtus exhibat - et Sanabat omnes .

Salus infirmorum!

Consideratio.

I.

IMago inferius exhibet hominem ægrotum lecto affixum, superius vero MARIAM diversis vasis medicinalibus circumdatam ad indicandum, quod sit, & recte vocetur *Salus infirmorum*, Nimirum MARIA cum Paulo dicit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Imo MARIA tanquam Mater cœlestis Medici in arte medendi adeo perita est, ut de illa dici possit: *Sanat omnes infirmitates*. Certe milleni & milleni homines a periculosissimis morbis per MARIAM mirabiliter liberati sunt, ita, ut fere in omnibus libris miracula & beneficia ope Virginis MARIÆ facta legantur.

II.

In antiquo testamento scriptum est, quod Archangelus Raphael cœcitatē Tobiaë felle piscis curaverit, & quod defunctus homo tangendo ossa Elisæi revixerit; & plura alia ejusmodi miracula ibi leguntur. Pariter ex novo testamento constat, quod Christus Apostolis suis potestatem dederit curandi morbos, & quod sola umbra Petri, & per sudarium Pauli multi ægroti sanati fuerint. Jam quæritur: si DEUS tam magnam potestatem & virtutem sanandi ægros viris justis, Apostolis, & Angelis concessit, nunquid longe & incomparabiliter major potestas MARIÆ competit Apostolorum & Angelorum Reginae?

III.

Ulterius ut imago inferius exhibet, MARIA comparatur Piscinæ in Hebefon : at quare hoc? cur non potius comparatur piscinæ in Jerusalelem? subest mylterium; scilicet aqua piscinæ in Jerusalelem tantum in anno semel ab Angelo movebatur, & tunc in ea unicus tantum ægrotus sanabatur; econtra piscina in Hesebon semper movebatur, & omnes, quotquot in ea lavabantur, sanati sunt. Hinc igitur piscinæ recte MARIA assimilatur ad indicandum, quod non semel in anno, sed omni fere momento virtus de illa exeat, per quam ægroti sanantur.

Oratio.

O MARIA! millena & millena anathemata in Ecclesiis circa aras tibi dicatas affixa sat manifestum contra hostes tuos testimonium perhibent, quod sis, & recte voceris *Salus infirmorum*. Imo sicut misericors Samaritanus vulneratum a latronibus viatorem infuso vulneribus oleo sanavit, ita vel solum Nomen tuum o MARIA! quod oleum effusum significat, devote invocatum sæpe morbos curat, & tanquam medium præservativum corporis & animæ mala avertit. Hoc igitur nomen cum devotione pronuncio, & rogo: O MARIA!

Salus infirmorum! Ora pro nobis!



Fig. 1. Anatomie des Menschen.

Fig. 2. Anatomie des Menschen.

KLASSIKUM DER ANATOMIE
 Anatomie des Menschen
 Anatomie des Menschen

REFUGIUM PECCATORUM.



Prohibiti me hodie, ne irem ad sanguine! .1. Reg. 26

Adonias tenuit cornu altaris. 5. Reg. 1.

Deduxit in portum. Ps. 106.

Et sepelivit omnia quadrupedia.

Erat haec eis ad refugium. Mich. 10.

Memor, ero Raab, Babylonis scientium me .Ps. 86.

Refugium Peccatorum!

Consideratio.

I.

Sicut nomen peccati & peccatoris adeo formidabile est, ut vix terribilius quid nominari possit, ita pariter maximo nobis solatio fit, quod **MARIA** vocetur, & sit *refugium peccatorum*. Et profecto **MARIÆ** proprie hic titulus convenit; Ipsa enim ut inferior pars imaginis exhibet, viva quodammodo Arca est, quæ homines ab exitio corporis & animæ præservat; Ipsa est miseris & desolatis urbs refugii, de qua dici potest: *Erat hæc eis ad refugium*; Ipsa est quasi turris Pharos, quæ hominibus in hoc mundo velut mari periculose navigantibus lucet, & plus quam millenos naufragio animæ proximos *deduxit in portum salutis*; Ipsa denique anchora est, quæ navem animæ ab exitio liberat.

II.

David, ut superius imago repræsentat, Nabali parcat, & quare? ideo, quia Abigail Nabalis uxor flexis genibus pro marito suo veniam rogavit; reposuit enim Rex: *prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem*; Simili modo ad intercessionem **MARIÆ** **DEUS** peccatoribus parcat. Rursus Adonias timens iram Regis Salomonis ad altare fugit teste sacro textu: *Adonias tenuit cornu altaris*; & quid factum? invenit ibi libertatem & vitæ securitatem; Talis ara privilegiata & locus refugii **MARIA** peccatoribus est.

III.

Duo luminaria magna in coelo sunt, scilicet Sol & luna; Nempe per solem Christus, per lunam communiter MARIA intelligi solet. Jam vero quodnam discrimen inter solem & lunam est? discrimen hoc est, quod sol luceat diei, & luna nocti; pari modo dici potest, quod sol Christus luceat diei, id est, justis, luna autem MARIA nocti, scilicet peccatoribus. Testis hujus veritatis est peccator Dismas, qui sicut antea ut latro sæpius in vita sua per fenestras in domos ascendit, ita in fine vitæ per MARIAM, quæ ab Ambrosio vocatur fenestra coeli, in paradisum coelestem ascensum fecit. Nempe MARIA dicit: *Memor ero Rahab, & babylonis scientium me*, hoc est: *memor ero peccatorum invocantium me.*

Oratio.

O MARIA! libere fateor, gravem me peccatorem esse; imo timeo, ne sagitta divinæ vindictæ parata jam sit, & breve post tempus in me sceleratum evibretur. Verum propterea non despero, sed sub tuum præsidium confugio, & sub misericordiæ tuæ pallio, per quod nulla sagitta intrare potest, me occulto. O MARIA! esto mihi Mater misericordiæ! & ne mihi, ut olim peccatori cuidam objicias, quod te faciam Matrem miseriæ, firmiter propono, me vitam meam emendaturum esse. Nimirum surgam a peccatis meis, sed ut citius & facilius surgam, esto mihi baculus infirmitatis meæ, cui inniti possim; O MARIA!

Refugium peccatorum! Ora pro nobis!



Donna mia populum regno pro quo obierat

Annae reginae

1689

CONSOLATRIX AFFLICTORUM.

solatium vite nolite. Job. 40.



Hec mihi sit consolatio. Job. 6.

Hec me consolata est in humilitate mea. Ps. us.



Dona mihi populum meum, pro quo obsecro. Esth. 7.

Consolatrix Afflictorum!

Consideratio.

I.

MARIA symbolice repræsentatur per lunam ad indicandum, quod lunæ instar in nocte & tenebris aduersitatum luceat, & propterea non inconuenienter vocetur *Consolatrix afflictorum, seu solatium vitæ nostræ*. Nimirum iuxta commune proverbium: afflictus quærit solamen; at ubi hoc invenitur? apud DEUM, inquit Paulus, utpote *qui consolatur nos in omni aduersitate*; sed quid si DEUS solatium afflicto non conferat; tunc accedat MARIAM afflictorum consolatricem, dicens: *Hæc mihi sit consolatio! & certe erit.*

II.

Gens Judaica a Rege Assuero ad mortem damnata solatium quæsiuit apud Esther, & etiam invenit, utpote quæ commiseratione mota dixit ad Regem: *Dona mihi populum meum, pro quo obsecro.* Non minorem commiserationem erga clientes suos habet MARIA; sed fere prius, quam invocatur, miseris præstat opem, afflictis confert solatium, desperabundis suggerit consilium.

III.

Certe in omnibus necessitatibus succurrit **MARIA**. Pauper es? **MARIA** virga de radice Jesse virgæ instar corylaceæ thesauros & opes tibi impetrabit. Famem pateris? **MARIA**, quæ convivis in nuptiis cananæis vinum impetravit, etiam tibi panem & cibum procurabit. Ægrotus es? **MARIA** teste Damasceno medicamentum omnium cordis & corporis dolorum est. Hostes times? **MARIA** fortis est illa mulier, quæ totas castrorum acies fugat, sternit, devincit. Paucis: **MARIA** est Mater gratiæ, quisquis igitur devotum hujus Matris se filium exhibet, in omni necessitate gratiam, solatium, & auxilium ab ea impetrabit.

Oratio.

O **MARIA**! nunquam magis timeo, & angor, quam si mortem cogito, & judicem illum severissimum mihi propono, qui venturus est judicare vivos & mortuos; Ah! consolare me o Consolatrix afflictorum & minue hunc metum meum; imo jam minus metuo, quia te Matrem misericordiæ esse scio, quæ filios & servos suos clementer protegit. Quare sicut teste Sacra Scriptura filius in sinu Matris suamitis mortuus brevi iterum revixit, ita in sinum misericordiæ tuæ me recipe o **MARIA**! ibique mori me permitte, ut ad vitam æternam feliciter resurgam; **O MARIA**!

Consolatrix afflictorum! Ora pro nobis!



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



Vae genti insurgenti super genus meum : Dominus enim omnipotens vindicabit in eis . Iudith . 16 .

Auxilium Christianorum!

Consideratio.

I.

IMago exhibet omnis generis arma tam in prælio navali quam campestri usurpari solita; at quare hoc? ad indicandum, quod Maria contra omnes hostes, & in omnibus periculis fit auxilium Christianorum. Nempe certum est, quod non solum cuivis homini, sed insuper etiam cuilibet Regioni & Regno Deus custodem aliquem Angelum constituerit, præter quos singula fere Regna speciales sibi Sanctos in Patronos & protectores eligunt. Jam vero si quæeratur, quisnam præcipuus Ecclesiæ Protector sit? Ipsa Ecclesia in Litanis lauretanis ad hanc quæstionem respondet, & dicit, *MARIAM esse Auxilium Christianorum.*

II.

Verum ulterius quæri potest, quandonam Maria Christianos in protectionem suam susceperit? respondetur: Tunc, quando Christus in cruce Mariam Joanni, & in Joanne omnibus Christianis in Matrem constituit. Et profecto longe majorem curam Mater Maria in nos Christianos habet, quam olim Mater illa sollicita erga Filium suum Tobiam. Nempe sicut in judicio Salomonis vera mater filium suum in partes disseccari non patiebatur, ita Maria filiis suis Christianis non facile aliquod malum inferri permittit; & quasi sollicita Materfamilias dicit: *Ego dormio, cor autem meum vigilat, nempe pro domo Ecclesiæ.*

III.


III.

Dum olim urbs Bethulia ab Holoferne oppugnata, & omni liberationis spe destituta vix aliquid meditabatur quam deditioem, consolabatur Judith anxios urbis incolas, & minitabatur hosti his verbis: *Væ genti insurgenti super genus meum; Dominus enim omnipotens vindicabit in eis.* Tale *væ!* talem vindictam jam sæpius experti sunt varii Christianorum hostes & persecutores, quos MARIA auxilium Christianorum infirmavit, devicit, & prostravit.

Oratio.

O MARIA! novi equidem, quod Angelis communiter alæ appingi soleant, ad indicandam eorum promptitudinem succurrendi hominibus, & velocitatem in ferendo auxilio; at tu **O** MARIA! longe promptior es ad juvandum, incomparabiliter velocior in ferendo auxilio; nempe vix invocaris, auxilium jam præsto est, imo sæpe non rogata, aut saltem priusquam rogaris, opem & auxilium tuum præstas miseris, præcipue tunc, quando Christianorum cætus ab hostibus infestatur; Ah! esto ulterius nostra adjutrix! ad te clamamus: **O** MARIA!

Auxilium Christianorum! Ora pro nobis!



1850

WILLIAM DILLON

Don't miss the opportunity of this fine book
 which is now being published by
 the publishers of the book

R. ANGELORUM.

Millia millium ministrabant ei, et decies

millies centena millia assistebant ei. Dan. 5.



Dominare nostri tu et Filius tuus. Iudic. 8.

C.P.S.C.M.

Klauber Cath. Sc. et exc. AV.

Regina Angelorum!

Consideratio.

I.

Jure merito MARIA vocatur Regina Angelorum, quia Angelos omnes superat. Magna equidem Angelorum excellentia est; Sunt adeo veloces, ut in momento pervenire possint, quo volunt: adeo subtiles, ut ferrum & durissimos lapides penetrent: tam fortes, ut unicus eorum totum mundum movere, aut invertere possit: adeo scientifici, ut omnes naturæ proprietates perfecte cognoscant: adeo pulchri, ut infimus Angelus pulchritudine sua & decore solem milies superet. Verum longe major est excellentia Mariæ, & quare? ideo, quia Deus excellentiores Angelos creare potest, non autem excellentiorem Matrem.

II.

Hanc MARIÆ excellentiam ipsi Angeli agnoscunt, & hinc ei tanquam Reginae suæ semper a servitiis sunt. Quæso! quis MARIÆ Maternitatem Christi annunciavit? nunquid illius Angelus custos scilicet Archangelus Gabriel? Quis Josephum admonuit, ut cum MARIA in Ægyptum fugiat? admonuit Angelus; quis MARIÆ mortem prædixit? prædixit Angelus; quis domum Nazareticam e Gallilæa trans mare in Italiam portavit? portaverunt Angeli; denique Angelis adscribenda est aliquarum festivitatum Marianarum celebratio.

III.

Porro summo honori & gaudio sibi ducunt Angeli, quod **MARIÆ** gloriosissimæ coeli Reginae servitia sua præstare possint, quasi dicentes: *Dominare nostri tu & filius tuus.* Et hinc de throno hujus Reginae fere idem dici potest, quod scriptum est de throno Regis Christi, scilicet: *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.*


Oratio.

O MARIA! Gloriosissima Angelorum Regina! audi suspiria & vota clientis tui! Ah! si possibile foret, ego vellem esse *Sol*, ut te o Regina vestirem: *Luna*, ut tibi o Regina servire possem pro scabello pedum tuorum: pretiosa *gemma*, ut te o Regina coronarem: coruscans *margarita*, ut sceptrum tuum o Regina ornarem: rutilans *annulus*, ut digitos tuos o Regina decorarem: pretiosus *adamas*, cui inclusa essent mille corda ad te amandum, & mille linguæ ad te laudandum; imo opto cum Davide habere pennas columbæ, ut ad thronum tuum advolare, Majestatem tuam recte considerare, & cum reverentia dicere possem: **O MARIA!**

Regina Angelorum! Ora pro nobis!

cunt
Re-
icen-
ac de
quod
licet:
s cen-

Regi-
Ah!
o Re-
epof-
gem-
mar-
rem:
deco-
mille
e lau-
ennas
Maje-
rentia



s!

Re-



Hi Patriarchae, et cognationum Principes
 qui habitaverunt in Ierusalem. *Gen. 11.*

Regina Patriarcharum!

Consideratio.

I.

Sciendum est, quod ille proprie Patriarcha vocetur, a quo aliquod hominum genus, aut gens aliqua ortum & originem suam ducit: tales Patriarchæ sunt Adam, Abraham, Noe, & alii Patres veteris Testamenti, de quibus scriptum est: *Patriarchæ, & cognationum principes, qui habitaverunt in Jerusalem.* Pariter ob eandem fere rationem Augustinus, Franciscus, Dominicus, Ignatius, aliique fundatores sacrarum Religionum Patriarchæ novi Testamenti vocantur, qui proin omnes, ut imago exhibet, una cum prioribus **MARIAM** venerantur tanquam Reginam suam.

II.

Præcipua, & Patriarchis quasi propria virtus est obedientia; nam quia Abraham obedivit DEO, & Filium suum immolare paratus erat; quia Jacob obedivit matri, & dereliquit patriam suam, ideo uterque factus est Patriarcha. Jam vero **MARIA** omnes Patriarchas in obedientia superavit, utpote quæ non expectavit legem, sed sine lege, & quod plus est, sine consilio & exemplo virginitatem suam DEO devovit; quæ legem purificationis adimplevit, a qua tanquam Mater Christi purissima exempta erat; quæ se ancillam Domini vocavit, & nec dicto nec facto, nec cogitatu unquam contradixit Altissimo.

III.

At non solum in obedientia, sed in omnibus aliis virtutibus MARIA Patriarchas superavit. Noe erat vir justus, & per arcam a se fabricatam quodammodo totum humanum genus salvavit; at MARIÆ, quæ est Arca salutis & Mater Redemptoris, omnes homines redemptionem suam adscribere debent. Paucis: MARIA humilitate Davidem, patientia Jobum, zelo, & fervore Eliam, castitate Josephum, omnesque alios Patriarchas virtutibus suis incomparabiliter excelluit; ergo merito eorum Regina vocatur.

Oratio.

O MARIA! quæ præter alias eximias virtutes per totam vitam tuam semper perfectissimam obedientiam exhibuisti, ita quidem, ut nec verbo, nec facto, nec cogitatu unquam contradixeris Altissimo, ah! rogo te supplex, impetra mihi a DEO gratiam, ut ad exemplum tuum DEO & superioribus meis semper deinceps debitam obedientiam exhibeam, & non amplius perversæ meæ voluntati, sed potius rectæ rationi, & præceptis Divinis in omnibus perfecte obtemperem; O MARIA!

Regina Patriarcharum! Ora pro nobis!



Martinelli, G. (1874) ...
...

REGINA PROPHETARUM.



Major est, qui prophetat. 1. Cor. 14.

Regina Prophetarum!

Consideratio.

I.

IMago inferius exhibet Danielelem, aliosque Prophetas, superius vero MARIAM, cui tanquam Reginae Prophetarum coronatus Propheta David in signum subjectionis suae coronam imponit, dicens: *Testimonium JESU est spiritus Prophetiae.* Nempe per haec verba indicatur, quod ille Propheta vocari possit, qui spiritum Prophetiae habet, id est, per revelationem aut inspirationem divinam futura praevidet, aut praedicat; Jam vero hoc spiritu Maria illustrata erat plus quam omnes Prophetæ; ergo optimo jure Regina Prophetarum vocatur.

II.

Quæri hic potest, quænam futura MARIA praedixit, & unde hunc Prophetiae spiritum acquisiverit? Ad primum respondetur, quod MARIA spiritum hunc omnium maxime manifestaverit in *Cantico Magnificat*, ubi praeter alia praedixit gloriam suam his verbis: *Beatam me dicent omnes generationes.* Ad secundum reponi debet, quod MARIA per continuas meditationes, Angelorum visitationes, DEI revelationes, & Christi praesentiam adeo illustrata sit. Imo ipsum nomen MARIÆ idem fere significat, quod nomen Prophetæ, scilicet MARIA idem sonat, ac *illuminata.*

III.

Si igitur juxta textum subscriptum *major est qui prophetat*, id est, a DEO illuminatus est, tunc MARIA merito Regina Prophetarum vocari debet, quia plus omnibus Prophetis a DEO illustrata, & teste Basilio in utero Matris adeo jam illuminata fuit, ut clarius cognoverit Deum, quam alius Sanctus in perfecta ætate. Accedit, quod donum Propetiæ sit donum Spiritus Sancti; cum igitur MARIA Sponsa sit Spiritus Sancti; sine dubio a Sponso suo hoc dono præ aliis speciali modo decorata fuit.

Oratio.

O MARIA! tu es felicissima illa, & in Canticis laudatissima Sponsa, quam Sponsus cœlestis introduxit in cellam vinariam, & vino charitatis, præcipue vero spiritu Prophetiæ ita replevit, ut plus omnibus Sanctis illuminata non solum futura prævideris, sed etiam in cognitionem & notitiam altissimorum mysteriorum perveneris; ah! supplex te rogo, impetra mihi lumen intellectus, ut malitiam & atrocitatem peccati, simulque periculosum peccatoris statum recte cognoscam, & per hanc cognitionem ad emendationem vitæ perducam; O MARIA!

Regina Prophetarum! Ora pro nobis!

1711



Exemplum perhibetur, inter cetera, ab his, qui in

1711

1711

pt
 nc
 e-
 a-
 u-
 m
 od
 um
 ne
 ali

 icis
 tis
 tis,
 ut
 fu.
 &
 is;
 tel-
 ul-
 no-
 tio-

Re-

REGINA APOSTOLORUM.



Erant perseverantes cum Maria Matre Iesu. Act. 1.

Regina Apostolorum!

Consideratio.

I.

IMago superius **MARIAM** in medio Zodiaci, inferius autem in medio Apostolorum exhibet, & recte quidem; per hoc enim indicatur, quod **MARIA**, sicut post Ascensionem Filii sui permansit apud Apostolos juxta illud: *Erant perseverantes cum MARIA Matre JESU*, & in festo Pentecostes, cum Apostoli gratia Spiritus Sancti repleti fuerunt, in medio illorum erat, ita etiam in coelo tanquam gloriosissima Apostolorum Regina co-latur.

II.

Apostoli a Christo vocantur *Lux mundi*; sed **MARIA** gloriosiore digna est Nomine, & quodammodo vocari potest *Sol mundi*; at quare? ideo, quia omnibus hominibus, qui eam devote invocant, lumen gratiæ impetrat, & illos in adversitatum tenebris misericordiæ suæ radiis illustrat. Nimirum columna nubis & columna ignis, quarum prima per diem, altera noctu Israelitis viam monstravit per desertum in terram promissionis, **MARIA** figurata, quæ die & nocte per desertum hujus mundi viam nobis ad patriam coelestem ostendit.

III.

Certe omnes Apostoli maximo cum gaudio **MARIÆ** tanquam Reginae suæ se subjiciunt, & laudem ejus deprædicant, præcipue Joannes, cui constituta est in Matrem, & Petrus, cui post trinam negationem veniam & gratiam impetravit. Matthæus paucis illis verbis: *De qua natus est JESUS, qui vocatur Christus*, maximam laudem **MARIÆ** deprædicat. Thomas apud sepulturam **MARIÆ** in ejus laudem insignem orationem habuit. Bartholomæus centies omni die, & iterum centies per noctem salutationem Angelicam recitavit. Jacobus Major in Hispania ad honorem **MARIÆ**, dum adhuc vivebat, capellam aliquam extruxit. Quid multis? omnes Apostoli maximum semper, quem potuerunt, honorem **MARIÆ** exhibuerunt.

Oratio.

O MARIA: quæ per unicum verbum, illud scilicet, quod in purissimo tuo utero caro factum est, maxime illustrata, & quodammodo Magistra totius mundi facta es; ah! rogo te, suscipe me o Magistra in discipulum tuum, da mihi tale consilium, juxta quod prudenter agam: præscribe mihi tales regulas, secundum quas pie probeque vivam: ostende mihi talem viam, in qua secure procedam: doce me tale stratagemata, per quod hostes meos visibiles, & invisibiles feliciter superare valeam; **O MARIA!**

Regina Apostolorum! Ora pro nobis!



REGINA MARTYRUM.



Purpura indumentum ejus De Sanguine Sanctorum,
et de Sanguine Martyrum Iesu. Ap. 17.

C.P.S. C.M.

Klauber Cath. Sc. et exc. A.T.

Regina Martyrum!

Consideratio.

I.

IMago repræsentat Christum jacentem in sinu **MARIÆ**, insuper complures sanctos Martyres, inter quos Protomartyr Stephanus **MARIÆ** coronam imponit, ad indicandum, quod sit, & recte colatur tanquam Regina Martyrum. Certe de hac Regina cum veritate dici potest; *purpura indumentum ejus de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrum JESU*; plus enim passa est **MARIA**, quam omnes Martyres, imo quidquid Christus passus est in corpore, id omne Mater Christi passa est in corde & anima, ita, ut gladius doloris utrumque cor Filii & Matris simul penetraverit.

II.

Mater Agar teste sacra Scriptura non potuit videre Filium suum mori, sed gemens abiit. Jacob dum togam filii sui Josephi aspexit, præ dolore laceravit vestes suas, & longo tempore lacrymis temperare non potuit. Quæso! si adeo condolent parentes filiis suis, quantus dolor affecerit cor **MARIÆ**, dum vidit Filium suum pulcherrimum conspui? Filium suum laudabilissimum illudi? Filium suum castissimum denudari? Filium suum innocentissimum adinstar sceleratissimi latronis crucifigi?

III.

Nimirum omnes clavi, qui manus & pedes Christi transfixerunt, etiam animam MARIÆ transfixerunt: corona spinea, quæ caput Christi perforavit etiam animam MARIÆ perforavit: flagella, quæ corpus Christi patiebatur, etiam anima MARIÆ passa est: Crux, quæ humeros Christi pressit, etiam animam MARIÆ pressit: verba calumniosa in Christum prolata in anima MARIÆ tanquam Eccho resonarunt; paucis: tantus MARIÆ dolor fuit, ut si in omnes homines divideretur, teste Bernardino omnes omnino homines perimeret.

Oratio.

O MARIA! ego bene agnosco, *quid* passa fueris, scilicet plus quam omnes Martyres, idem quod Christus, & plus, quam naturali modo pati potuisses. O MARIA! ego agnosco, *cur* passa sis, nempe quia Christum Filium tuum patientem vidisti, innocentiam illius cognovisti, eumque longe magis, quam aliæ Matres filios suos amare possunt, dilexisti. O MARIA! ego agnosco, *quomodo* passa fueris, nimirum stans sub cruce cum maxima modestia, cum summa constantia, cum ineffabili patientia. Hæc omnia agnosco, & hinc supplex rogo impetra mihi patientiam in tolerandis adversitatibus, ita, ut semper cogitem: Christus non pepercit dilectissimæ suæ Matri, cur mihi peccatori parcat? O MARIA!

Regina Martyrum! Ora pro nobis!



Procedebat ante sedentem in throno et mittebat
coronam illi ante thronum Ap.
Klarke

REGINA CONFESSORUM.



Procidebant ante sedentem in throno et mittebant coronas suas ante thronum. Ap. 4.

C.P.S.C.M.

Klauber Cath. Sc. et exc. A.T.

Regina Confessorum!

Consideratio.

I.

Joannes juxta textum subscriptum vidit olim viginti quatuor seniores ante thronum DEI procidentes, & coronas suas ibi deponentes. Fere simile quid exhibet imago; nimirum thronum Marianum repræsentat, ante quem sancti Confessores genu flectant, & **MARIÆ** tanquam Reginae suæ maximum honorem exhibent. Et profecto si juxta cantum Ecclesiæ confessor est ille, *qui pius, prudens, humilis, pudicus, sobriam duxit sine labe vitam*, tunc optimo Jure **MARIA** Regina Confessorum vocatur, quia memoratas virtutes in summo gradu exercuit.

II.

Ille Confessor est, inquit Hieronymus, qui Christi fidem ore confitetur, verba autem operibus comprobatur; Jam vero sive fidem sive opera bona in **MARIA** spectemus, nemo Sanctorum cum ea comparari potest. Certe nullus Apostolorum tam constans in fide fuit, quam Maria; nam tempore passionis Christi fere omnes Christum deseruerunt, **MARIA** vero in fide constantissima Christo Filio suo usque ad mortem assistebat.

III.

Denique si Confessor est ille, qui talenta sua si-
ve naturæ siue gratiæ bene impendit, & alia lu-
cratur, iterum MARIA vocari meretur Regina
Confessorum, quia gratiæ Divinæ, quam abun-
dantius accepit quam omnes Angeli & Sancti,
semper cooperata est, & talenta maxima a DEO
accepta non nisi ad honorem Divinum & ædifi-
cationem proximi impendit.

Oratio.

O MARIA! Si oculos mentis in te tanquam
speculum virtutum converto, & simul vi-
tam meam considero, tunc video *in Te* maxi-
mam humilitatem, *in me* magnam superbiam:
in Te constantem mansuetudinem, *in me* inces-
sabilem iram: *in Te* summam castitatem, *in me*
multas maculas & impuritates; præcipue vero *in*
Te video vivam, *in me* autem fere mortuam fi-
dem, quippe solum nomen Christiani gero, ope-
ra autem Christiani raro & tepide exerceo. Ah!
impetra mihi gratiam, ut fides mea per bona
opera vivificetur; O MARIA!

Regina Confessorum; Ora pro nobis!

a fi-
lu-
gia
un-
di,
EO
lifi.

am
vi-
xi-
n:
la-
nt
in
fr-
e-
hl
na



[Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]

REGINA VIRGINUM.



Sequuntur agnum, quocumque ierit, Virgines
enim, sunt. Apoc. 14.

Regina Virginum!

Consideratio.

I.

IMago inferius repræsentat magnum virginum chorum textu subscripto: *Sequuntur agnum, quocunque jerit, virgines sunt.* Nimirum aliquæ ex illis liliū in manibus tenent, ad denotandum, quod virginitatem suam integram & inviolatam usque ad mortem conservarint; aliquæ autem palmas tenent ad significandum, quod Agnum Divinum secutæ sint etiam per viam sanguineam, hoc est, quod amore Christi & virginitatis sanguinem & vitam immolaverint, ita quidem, ut Martyrium passæ dicere possent ad Christum: *Sponsus sanguinum tu mihi es.*

II.

Porro MARIA omnium Sanctarum Virginum dux & Regina optimo jure vocari potest, præcipue ideo, quia in puritate omnes excelluit, & quodammodo status virginei fundatrix fuit, ita quidem, ut in illa verificatum sit vaticinium Davidis: *Adducentur Regi virgines post eam.* Nimirum post eam, hoc est, postquam MARIA sponte sua DEO virginitatem suam devovit, ad ejus exemplum multa virginum millia Christum Regem in sponsum suum elegerunt.

III.

Postquam Israelitæ per mare rubrum feliciter transferunt, soror Aaronis nomine MARIA loco gratiarum actionis canticum cantare cœpit, & ecce! ad exemplum hujus MARIE magna mulierum multitudo eundem cantum intonuit. Similem, imo longe majorem effectum habuit exemplum purissimæ Virginis MARIE, quæ deposito servandæ virginitatis voto totum mulierum agmen post se traxit.

Oratio.

O MARIA! tu prima & gloriosissima virginei status fundatrix fuisti, quia prima sine lege, sine consilio, & sine exemplo virginitatem DEO devovisti, & sic Christo virginum sponso millenas & millenas animas adduxisti, quæ per votum virginitatis cum illo desponsatæ æternas nunc in coelo nuptias celebrant. Ah! impetra mihi gratiam, ut anima mea a peccatorum maculis purificetur, & olim ad nuptias cœlestes admittatur; O MARIA!

Regina Virginum! Ora pro nobis!



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF BRITISH COLUMBIA
Vancouver, B.C.

REGINA SANCTORUM OMNIUM.

Totus inter Stellae

Luna minoris.



Erit mons domus Domini preparatus in vertice montium. Michea 4.

Regina Sanctorum omnium!

Consideratio,

I.

I Mago superius repræsentat lunam, & per hanc **MARIAM** tanquam Reginam Sanctorum Omnium; nam *sicut inter stellas luna minores emicat, & luce sua lucem stellarum longe superat, ita MARIA gratia, sanctitate, & gloria omnes Sanctos incomparabiliter antecellit.* Et hinc jure merito thronum **MARIÆ** tota Sanctorum agmina circumstant, eique tanquam Reginæ suæ coronas deferunt.

II.

Aliud symbolum excellentiam **MARIÆ** denotans in inferiore imaginis parte cernitur; scilicet mons altissimus, qui circumjacentes sibi montes *supereminet omnes.* Talis mons supereminens **MARIA** est, quia in hoc monte domus Domini præparata fuit juxta textum subscriptum: *Erit mons domus Domini præparatus in vertice montium.* Quare etsi excelsi montes vocentur Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, aliique Sancti, tamen **MARIA** mons longe excelsior est, quia mons est in vertice montium, & sic quodammodo ibi incipit, ubi alii desinunt.

III.

III.

Nempe sicut omnia flumina influunt in mare, ita in MARIA tanquam Regina Sanctorum omnium etiam omnes Sanctorum virtutes congregatae sunt, scilicet innocentia Abelis, justitia Noe, fides Abrahamae, obedientia Isaac, constantia Jacobi, castitas Josephi, mansuetudo Moysis, patientia Jobi, amor Petri, zelus Pauli, modestia Ruth, fortitudo Judith, prudentia Abigail, pietas Esther, sapientia Catharinae; paucis: MARIA compendium est omnium virtutum.

Oratio.

O MARIA! gloriosissima Regina! respice ex altissimo tuo throno in nos miseros Adae filios, & succurre nobis in necessitatibus nostris. O MARIA! tu in Regno tuo cum DEO regnas, nos autem adhuc in exilio sumus; tu superexaltata es in montem summæ felicitatis, nos autem in valle lacrymarum ambulamus; tu felicissime attigisti portum coeli, nos autem adhuc in periculoso mundi pelago circumnatamus: tu hostes tuos gloriosissime vicisti, nobis autem adhuc plurima periculosa certamina subeunda sunt, ah! pugna pro nobis; O MARIA!

Regina Sanctorum Omnium! Ora pro nobis!

mare
om.
gre
Voe
aco
ier
uth
Et
om.



er
e
O
as
at
en
re
ri
ta
e

... pap... populo ...
...
...
...

AGNUS DEI QUI TOLLIS PECCATA MUNDI.



Et pepercit populo suo . Ioel . 2 .

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi!

Consideratio.

I.

IN supremitate imaginis exhibetur Agnus ille, quem Joannes Apostolus in Apocalypsi vidit *stantem*, Joannes Baptista vero quodammodo monstravit digito, dicens: *Ecce Agnus DEI*, nimirum per hunc agnum intelligitur Christus, de quo scriptum est, quod sicut ovis ad occisionem ductus, & pro salute totius humani generis immolatus sit.

II.

Quod DEUS in Testamento veteri valde severus erga peccatores fuerit, sat manifeste patet ex poenis gravissimis, quibus tunc peccata hominum puniebantur; sed in Testamento novo DEUS ad poenam tardus, & ad veniam facilis summam misericordiam etiam gravissimis peccatoribus ostendit; quæso unde subitanea hæc mutatio? causa est; DEUS antea quasi leo fuit, quamprimum autem filius DEI ex uberibus mansuetissimæ Matris suæ MARIÆ lac suxit, tunc ex severo leone factus est mitissimus agnus.

III.

Sicut igitur Christus, dum velut Agnus sacrificatus est, sustulit peccata mundi, ita etiamnum velut agnus patientissimus peccatoribus diu conivert, tempus ad poenitentiam concedit, & vere poenitentibus veniam peccatorum misericors impertitur. Quare nullus peccatorum desperet, etsi peccata super arenam maris multiplicaverit, sed potius humili & contrito corde ad Agnum Divinum suspiret, & dicat: *Agnus DEI, qui tollis peccata mundi; parce nobis Domine!*

Oratio.

O Christe JESU! qui per totam vitam tuam primam Agni qualitatem, scilicet patientiam in summo gradu semper ostendisti, dum omnes mundi ærumnas, persecutiones, opprobria, tormenta, & mortem ipsam patienter sustinuisti, quæso impertire mihi gratiam, ut deinceps ad tuum exemplum in adversis semper sim patiens, in servitio tuo constans, & crucem, quam mihi forte impones, patienter feram, & sic peccatorum meorum veniam a te impetrem;

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi! Parce nobis Domine!



AGNUS DEI QUI TOLLIS PECCATA MUNDI



Sic deprecatus exaudietur. Eccli. 33.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi!

Consideratio.

I.

I Mago superius repræsentat Agnum, *qui occisus est*, & coram quo, ut Joannes in Apocalypsi vidit, viginti quatuor seniores prociderunt, & cantaverunt. Porro per hunc Agnum iterum intelligitur Christus, qui revera velut Agnus occisus, & Patri Divino tanquam Sacrificium propitiatorium & satisfactorium oblatus est, per illos autem seniores denotantur Sacerdotes, aliæque personæ ad promulgandam & prædicandam laudem Divinam specialiter deputatæ.

II.

Sciendum hic est, quod ille Ipse Divinus Agnus, qui olim in Cruce modo cruento sacrificatus est, etiam nunc quotidie in Altari modo quodam incruento sacrificetur, & Patri Divino tanquam gratissima Hostia a Sacerdotibus offeratur. Felices igitur illos! qui durante hoc sacrificio cum Ecclesia exclamant: *Agnus DEI, qui tollis peccata mundi! exaudi nos Domine!* hæc enim suspiria grata sunt DEO, & sic deprecatus exaudietur.

III.

Porro juxta doctrinam Sanctorum Patrum etiam MARIA ad redemptionem nostram multum contribuit, nam sicut per sanguinem Agni Divini, scilicet Christi peccata nostra deleta, & debita nostra expuncta sunt, ita certum est, quod hic ipse Agnus ex purissimo Virginis MARIE sanguine formatus sit; & hinc sicut Christus est Mediator & Redemptor mundi, ita MARIA tanquam Mater Christi jure merito mediatrix & coredeptrix mundi vocatur.

Oratio.

O Chrisite JESU! qui per totam vitam tuam alteram quoque Agni proprietatem, scilicet mansuetudinem mundo ad stuporem manifestasti, dum contra hostes tuos verbo aut facto nec minimam vindictam ostendisti, inimicis tuis non solum ignovisti, sed insuper ante mortem tuam pro illis orasti, concede propitius, ut ad tuum exemplum inimicos meos diligam, malefacientibus benefaciam, & sic juxta promissum tuum, dum dimitto & ignosco inimicis meis, etiam mihi dimittas peccata mea.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi! exaudi nos Domine!





Deus misereatur nostri et Benedicat nobis .Ps. 66.

C.P.S.C.M.

Klauber Cath. Sc. et ccc. .A.V.

C. 3

C. 3

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi!

Consideratio.

I.

IMago superius in medio Agnum Divinum, & a sinistris septem illas phialas repræsentat, quas Dominus teste sacro textu septem Angelis dedit *plenas iracundie*. Porro per septem has phialas, quas Joannes in mundum vidit effundi, septem plagæ & poenæ denotantur, per Agnum vero intelligitur Christus, qui plagis illis finem fecit, peccata mundi sustulit, & tanquam novus ac secundus Adam Paradysum nobis iterum aperuit, quem primus clausit.

II.

Porro sicut Christus novus Adam dicitur, ita pari modo MARIA nova & felix Eva vocari potest; & id ipsum Arch-Angelus Gabriel indicare voluisse videtur per verbum *Ave*, quod si retro legitur, idem sonat ac *Eva*. Nempe prima Eva omnibus hominibus nocuit; at secunda Eva MARIA omnibus profuit. Prima Eva a serpente decepta est; at secunda Eva MARIA caput serpentis contrivit. Prima Eva comedendo fructum vetitum mortem comedit; sed secunda Eva MARIA per benedictum fructum ventris sui vitam nobis attulit.

III.

Denique ne in fine ultimæ hujus considerationis obliviscamur id, quod ultimum est, scilicet extremum judicium, bene consideremus, Christum judicem venturum cum magna potestate & majestate. Nimirum sicut DEUS ex severo Leone factus est Agnus mansuetissimus, ita rursus ex Agno fiet Leo severissimus. Quid ergo consilii? consilium suggerit textus subscriptus; nempe nunc in tempore, antequam Agnus fiat Leo, & Pater induat Judicem, sæpe exclamemus: *DEUS misereatur nostri, & benedicat nobis!*

Oratio.

O Christe JESU! qui etiam tertiam Agni proprietatem, scilicet puritatem ita manifestasti, ut Pilatus ipse palam fassus sit, se nullam in Te culpam invenire posse, nihilominus tamen instar sceleratissimi Latronis ad dolorosissimam & probrosissimam mortem condemnatus fuisti, largire mihi gratiam, ut, quia nihil inquinatum intrare potest in Regnum Cælorum, in tempore per seriam poenitentiam peccatorum meorum maculas abluam. Ah! audi & exaudi hanc meam petitionem, ex qua tota pendet felix æternitas.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi! miserere nobis!

OFFICIUM

Immaculatae Conceptionis B. V.

MARIÆ.

AD MATUTINUM.

Eja mea labia nunc annunciate laudes & præconia Virginis Beatæ.

Vers. Domina in adiutorium meum intende.

Resp. Me de manu hostium potenter defende.
Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Hymnus.

Salve mundi Domina, Coelorum Regina, salve Virgo Virginum, Stella Matutina. Salve plena gratiæ, clara Lux Divina: mundi in auxilium Domina festina.

Ab æterno Dominus te præordinavit Matrem Unigeniti Verbi, quo creavit terram, pontum, æthera; te pulchram adornavit sibi Sponsam, in qua Adam non peccavit.

Antiph. Elegit eam DEUS & præelegit eam.
In tabernaculo suo habitare fecit eam.

Vers. Domina exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Sancta MARIA, Regina Cælorum, Mater Domini nostri JESU Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicias, respice me, Domina! clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum: ut qui nunc tuam Sanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravium capiam, ipso, quem Virgo peperisti, donante Domino nostro JESU Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in Trinitate perfecta DEUS in sæcula sæculorum, Amen.

A D P R I M A M.

Vers. Domina in adjutorium &c.

Resp. Me de manu &c. *ut supra.*

Gloria Patri &c.

Hymnus.

Salve Virgo sapiens, Domus DEO dicata, columna septemplici, mensaque exornata, ab omni contagio mundi præservata; antea Sancta in utero Parentis, quam nata.

Tu Mater viventium, & Porta es Sanctorum, nova Stella Jacob, Domina Angelorum: Zabulo terribilis, Acies castrorum, Portus & Refugium Christianorum.

Antiph.

Antiph. Ipse creavit illam in Spiritu Sancto;
& effudit illam super omnia opera sua.

Vers. Domina exaudi &c.

Resp. Et clamor meus, &c.

Oremus. Sancta Maria, *ut supra*,

AD TERTIAM.

Vers. Domina in adiutorium &c.

Resp. Me de manu &c. Gloria Patri &c.

Hymnus.

SAlve Arca Fœderis, Thronus Salomonis, Ar-
cus pulcher ætheris, Rubus visionis, Virga
frondens germinis, Vellus Gedeonis, Porta clau-
sa Numinis, favusque Samsonis.

Decebat tam nobilem Natum præcavere ab
originali labe Matris Evæ, almam, quam elege-
rat, Genitricem vere, nulli prorsus finens culpæ
subjacere.

Antiph. Ego in altissimis habito, & thronus
meus in columna nubis.

Vers. Domina exaudi &c.

Resp. Et clamor meus, &c.

Oremus. Sancta MARIA, *ut supra*.

AD SEXTAM.

Vers. Domina in adiutorium, &c.

Resp. Me de manu &c. Gloria Patri &c.

Hymnus.

Salve Virgo Puerpera, Templum Trinitatis, Angelorum Gaudium, Cella Puritatis: Solamen moerentium, Hortus Voluptatis, Palma Patientiæ, Cedrus Castitatis.

Terra es Benedicta, & Sacerdotalis; sancta & immunis culpæ originalis; Civitas Altissimi, Porta Orientalis; in te est omnis gratia Virgo Singularis.

Antiph. Sicut lilium inter spinas, sic Amica mea inter filias Adæ.

Vers. Domina exaudi &c.

Resp. Et clamor meus, &c.

Oremus. Sancta MARIA, *ut supra.*

AD NONAM.

Vers. Domina in adiutorium, &c.

Resp. Me de manu &c. Gloria Patri &c.

Hymnus.

Salve Urbs Refugii, Turrisque munita David propugnaculis, armisque insignita. In Conceptione Charitate ignita; Draconis potestas est a te contrita.

O Mulier fortis, & invicta Judith! pulchra Abisag Virgo, verum fovens David. Rachel Curatorem Ægypti gestavit, Salvatorem mundi MARIA portavit.

Antiph.

Antiph. Tota pulchra es, Amica mea, & macula originalis nunquam fuit in te.

Vers. Domina exaudi &c.

Resp. Et clamor meus &c.

Oremus. Sancta MARIA, *ut supra.*

AD VESPERAS.

Vers. Domina in adiutorium &c.

Resp. Me de manu &c. Gloria Patri &c.

Hymnus.

Salve Horologium, quo retrogradiatur Sol in decem lineis, Verbum incarnatur: homo, ut ab inferis ad summa attollatur, Immensus, ab Angelis paulo minoratur.

Solis hujus radiis MARIA coruscat, Aurora confurgens in Conceptu micat. Lilium inter spinas, quæ serpentis conterat caput. Pulchra, ut Luna, errantes collustrat.

Antiph. Ego feci in Coelis, ut oriretur Lumen indeficiens; & quasi nebula texi omnem terram.

Vers. Domina exaudi, &c.

Resp. Me de manu &c. Gloria Patri &c.

Oremus. Sancta MARIA, *ut supra.*

 AD COMPLETORIUM.

Vers. Convertat nos, Domina! tuis precibus placatus JESUS Christus Filius tuus.

Resp. Et avertat iram suam a nobis.

Vers. Domina in adjutorium &c.

Resp. Me de manu &c. Gloria &c.

Hymnus.

SAlve Virgo florens, Mater illibata! Regina clementiæ, stellis coronata: Supra omnes Angelos Pura, Immaculata! atque ad Regis dexteram, stans veste deaurata.

Per te Mater Gratia, dulcis Spes reorum, fulgens Stella maris, Portus naufragorum; patens Coeli Janua, Salus infirmorum, videamus Regem in Aula Sanctorum, Amen.

Antiph. Oleum effusum, MARIA! Nomen tuum: Servi tui dilexerunt te nimis.

Vers. Domina exaudi, &c.

Resp. Et clamor meus, &c.

Oremus. Sancta MARIA, ut supra.

Commendatio.

SUpplices offerimus tibi, Virgo pia, has horas canonicas, fac nos, ut in via ducas cursu

curfu profpero, & in agonia tu nobis affifte,
O dulcis MARIA! Amen. DEO gratias.

Antiph. Hæc est Virga, in qua nec nodus origi-
nalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

Vers. In Conceptione tua, Virgo Immacu-
lata fuisti.

Resp. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium
peperisti.

Oremus.

DEUS, qui per Immaculatam B. Virginis
Conceptionem, dignum Filio tuo habita-
culum præparasti, quæsumus, ut sicut ex mor-
te ejusdem Filii tui prævisa, eam ab omni labe
præservasti, ita nos quoque mundos ejus inter-
cessione ad te pervenire concedas, per eundem
Christum Domicum nostrum, Amen.

**LITANIÆ LAURETANÆ
B. V. MARIÆ.**

Pro felici Morte quotidie recitandæ.

KYrie eleyson,

Christe Eleyson,

Kyrie eleyson.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos,

Pater de Cœlis DEUS, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi DEUS, Miserere nobis.

Spiritus Sancte DEUS, Miserere nobis.
 Sancta Trinitas unus DEUS, Miserere nobis.
 Sancta MARIA, Ora pro nobis.
 Sancta DEI Genitrix,
 Sancta Virgo Virginum,
 Mater Christi,
 Mater Divinæ Gratiaë,
 Mater purissima,
 Mater castissima,
 Mater inviolata.
 Mater intemerata,
 Mater amabilis,
 Mater Admirabilis,
 Mater Creatoris.
 Mater Salvatoris,
 Virgo prudentissima,
 Virgo veneranda,
 Virgo prædicanda,
 Virgo potens,
 Virgo clemens,
 Virgo fidelis,
 Speculum justitiæ,
 Sedes Sapientiæ,
 Causa nostræ lætitiæ,
 Vas spirituale,
 Vas honorabile,
 Vas insigne devotionis,
 Rosa mystica,
 Turris Davidica,
 Turris eburnea,
 Domus aurea,
 Fœderis Arca,

Ora pro nobis.

Janua Cœli,
 Stella matutina,
 Salus infirmorum,
 Refugium peccatorum,
 Consolatrix afflictorum,
 Auxilium Christianorum,
 Regina Angelorum,
 Regina Patriarcharum,
 Regina Prophetarum,
 Regina Apostolorum,
 Regina Martyrum,
 Regina Confessorum,
 Regina Virginum,
 Regina Sanctorum omnium,

Ora pro nobis.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, **Parce**
 nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, **Exaudi**
 nos Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, **Miserere**
 nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson. *Ave Maria.*

Antiph. Sub tuum præsidium confugimus;
 Sancta DEI Genitrix, nostras deprecationes ne
 despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis
 cunctis libera nos semper Virgo gloriosa & Be-
 nedicta, Domina nostra, Mediatrix nostra, Advo-
 cata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos
 commenda, tuo Filio nos repræsentata.

Vers.

Vers. Ora pro nobis S. DEI Genitrix.

Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

GRatiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nunciante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus & Crucem ad Resurrectionis Gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Litaniis Lauretanis subjunges. pro felici morte, ter Salutationem Angelicam cum Orationibus sequentibus. Quem modum orandi ad dictum finem, Deipara Virgo S. Mechtildem docuit.

I. Salutatio Angelica.

O Domina mea S. MARIA, sicuti DEUS Pater per Omnipotentiam suam, te potentissimam effecit, ita adsis mihi in actionibus omnibus meis, & in hora mortis meæ, expellendo a me omnem contrariam potestatem.

II. Salutatio Angelica.

O Domina mea S. MARIA, sicut Filius tuus tanta luce & claritate te dignatus est, ut totum Cœlum illumines, ita tu in actionibus omnibus meis, & hora mortis meæ intellectum,
meum

meum sic illustres, & corrobore, ut nullo errore pervertatur.

III. Salutatio Angelica.

O Domina mea S. MARIA, sicut Spiritus Sanctus suam tibi Charitatem plene infudit, ita adsis mihi in actionibus omnibus meis, & in hora mortis meæ, ut omnis amaritudo mihi reddatur suavissima.

Oratio ad B. Virginem MARIAM sæpe usurpanda.

PER te accessum habeamus ad Filium tuum, benedicta Inventrix Gratiae, Genitrix Vitæ, Mater Salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum Integritas tua culpam nostræ corruptionis, & humilitas Deo tam grata nostræ veniam impetret vanitati. Copiosa Charitas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum, & Fœcunditas gloriosa fœcunditatem nobis conferat meritorum. Fac, o Benedicta Virgo, per Gratiam, quam invenisti; per Prærogativam, quam meruisti; per Misericordiam, quam peperisti; ut qui, te mediante, fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseræ nostræ, te quoque intercedente, participes nos faciat Gloriæ, & Beatitudinis suæ, JESUS Christus Filius tuus, Dominus noster, qui est super omnia DEUS benedictus in sæcula, Amen.

Puncta

Meditationis

Super

Præcipua Festa

Beatissimæ Virginis

M A R I Æ.

Nominatim super Festum

1. Conceptionis.
2. Nativitatis.
3. Præsentationis.
4. Annunciationis.
5. Visitationis.
6. Purificationis.
7. Assumptionis.

Una cum succinctis, & piis orationibus cuiusvis
Festo adaptatis,

Festo

Festo

Immaculatæ Conceptionis MARIÆ.

Puncta Meditationis.

1. **P**OTUIT DEUS præservare Matrem suam a peccato originali, quis enim hoc deneget Divinæ omnipotentia? decuit etiam eam præservare, quia MARIA Mater DEI erat; *Doctrina*: ergo dicendum est, quod DEUS eam actu præservaverit, aut quod non fecerit, quod decuit, quod ultimum DEO derogat.


2. Sine dubio verba illa sponsi coelestis: *Tota pulchra es, & macula non est in te*, intelligi debent de MARIA; *Doctrina*: Si igitur peccati originalis non fuisset expers, non posset dici tota pulchra, & revera macula in illa fuisset.

3. Esther a lege Regis Assueri, vi cuius omnes Judæi ad mortem damnati sunt, exempta fuit; *Doctrina*: Pariter MARIA per Estherem figurata a peccato originali præservata fuit.

4. Per peccatum originale homo dæmonis mancipium fit, ejusque potestati subicitur; *Doctrina*: Igitur indecens fuisset, si Deus factus esset Matris illius filius, quæ aliquando etiam unico tantum momento subjecta fuit dæmoni.

Oratio.

O MARIA! purissima Filia DEI Patris! inviolata Mater DEI Filii, immaculata Sponsa Spiritus Sancti! gloriosissima victrix serpentis infernalis! speculum sine omni macula! Liliū inter spinas! ego firmiter credo, te non solum ab omni peccato actuali, sed etiam a peccato originali immunem fuisse, & hinc immaculatam tuam Conceptionem, quantum possum, semper defendam, ac prædicabo; Ah! effice o Virgo immaculata! ut anima mea sine macula peccati gravis e corpore meo discedat, & sic a Christo Judice ad dexteram, nempe inter oves collocetur, Amen.



Festo

Nativitatis MARIÆ.

Puncta Meditationis.

1. **M**ARIA nata est a piis, sanctisque parentibus Joachim & Anna: tota pulchra, gratia plena, maximis naturæ & gratiæ donis decorata: ortum trahens de stemmate Patriarcharum & Regum, electa in Matrem Christi; *Doctrina*: ergo dies Nativitatis MARIÆ perquam gloriosus fuit.


2. MARIA nata, & progressa est quasi aurora, quæ detentis in limbo Patribus ortum solis, scilicet adventum Christi, & toti mundo appropinquans tempus redemptionis annuntiavit; *Doctrina*: ergo dies Nativitatis MARIÆ respectu hominum perquam gaudiosus fuit.

3. MARIA nata est miseris ad auxilium, afflictis ad solatium, peccatoribus ad protectionem; imo nata est dæmonibus ad terrorem; nam ipso statim nativitatis suæ die plusquam ducenti homines a dæmonibus, quibus obsessi erant,

liberati sunt: *Doctrina*: ergo dies Nativitatis
 MARIÆ respectu Dæmonum perquam luctuosus
 fuit.

Oratio.

O MARIA! valde credibilis est illorum Do-
 ctorum opinio, qui dicunt, plurimos san-
 ctos Angelos in die Nativitatis tuæ e cœlo de-
 scendisse, ut Te tanquam futuram cœli Regi-
 nam gloriosissimis honorum titulis salutarent.
 Quare & ego in hodierno gloriosissimo ac gau-
 diosissimo Festo cum summa reverentia gratulatio-
 nem meam depono, & dico: salve! o MARIA!
 nova & felicior Eva! salve! o hominum spes!
 & salutis nostræ reparatrix! salve! o Domina
 mundi, cœli terræque Regina! ah! per glo-
 riosam tuam nativitatem supplex te rogo, fac, ut
 si per peccatum sim mortuus, per veram
 pœnitentiam iterum renascar ad
 vitam, Amen.



Festo

Præsentationis **MARIÆ.**

Puncta Meditationis.

1. **J**Oachim & Anna juxta votum editum **MARIAM** Filiam suam unicam in Templo **DEO** obtulerunt; *Doctrina:* Vota **DEO** facta servari, & fideliter impleri debent.

2. **MARIA** unica, & dilectissima parentum suorum erat filia, nihilominus ab illis **DEO** oblata, & **DEI** servitio dedicata fuit; *Doctrina:* Tunc parentes filios suos vere amant, quando ad eorum salutem attendunt, & tunc filii maxime promoventur, dum servi **DEI** fiunt.

3. Non solum parentes filiam suam **DEO** obtulerunt, sed filia ipsa se **DEO** consecravit, & quidem cum vix triennis esset; *Doctrina:* Qui cito dat, bis dat, nil dat, qui munera tardat.

4. **MARIA** se tota **DEO**, & **DEI** servitio obtulit, scilicet intellectum ad considerandum

DEUM, cor suum ad amandum DEUM, os & linguam ad orandum, & laudandum DEUM, manus suas ad laborandum pro DEO; *Doctrina:* Ad monitum Divi Gregorii omnia illi offeras, a quo omnia habes.

5. MARIA non ad tempus, sed in perpetuum se DEO donavit, & constanter DEO servivit; *Doctrina:* Ad exemplum MARIÆ lunam, quæ inconstantiae signum est, pedibus teramus.

Oratio.

O MARIA! quæ in tenerrima jam ætate, scilicet ut Virgo triennis a sanctis parentibus tuis Sacerdoti præsentata, DEI servitio dedicata, & sic DEO quasi hostia gratissima oblata fuisti; imo undecim annos in Divino servitio tam sancte transegisti, ut omni momento virtute & gratia profeceris; ah! effice apud DEUM, ut in posterum non amplius mundo serviam, sed totam reliquam vitam meam in servitio Divino transigam, totum me DEO offeram, & mercedem illam obtineam, quæ fidelibus DEI servis præparata est,
Amen.

Festo

Annunciationis MARIÆ.

Puncta Meditationis.

1. **M**ARIA cum veritate de se ipsa dicere potest: *ab æterno ordinata sum*, sed ad quid? ad hoc, ut fieret Mater Christi; *Doctrina*: Christus nos vocat fratres, ergo MARIAM Mater Christi etiam Mater nostra est.

2. Arch-Angelus, dum MARIÆ maternitatem Christi annunciavit, appellavit eam gratia plenam; *Doctrina*: Igitur qui gratiam quærit, ad MARIAM confugiat, & certe obtinebit.

3. Quamprimum MARIAM ad Nuncium Angelicum dixit: ecce ancilla Domini! statim Mater DEI facta est; *Doctrina*: Humilitas vere exaltat, quia ex ancilla tam subito fecit Matrem Domini.

4. Per obumbrationem Spiritus sancti ex sanguine MARIÆ Corpus Christi formatum est; *Doctrina*: Ergo necesse est, ut sanguis ille jam antea sanctus fuerit.

5. MARIA pronunciato verbo *fiat* facta est templum, & habitaculum DEI; *Doctrina*: Igitur hoc templum expers ab omni macula, & virtutibus maximis exornatum fuisse oportet.

Oratio.

O MARIA! tu gloriosa es illa Mulier, quam Divus Joannes vidit in Apocalypsi amictam sole; Nimirum Christus justitiæ sol est; hoc sole amicta fuisti illo ipso momento, quo Mater Christi facta es; imo sicut sol elementaris coelum circumit, ita sol Divinus scilicet Christus filius tuus ex utero tuo ortus te, o MARIA! quasi coelum circumivit, dum modo pectori, modo collo tuo adhæsit, nunc in sinu, nunc in manibus & brachiis tuis jacebat; Ah! impetra mihi o MARIA! in mortis agone a Christo sole unicum gratiæ radium, qui animæ meæ ad coelum præluceat,

Amen.



Festo

Vifitationis MARIAE.

Puncta Meditationis.

1. **D**Um MARIA vifitavit Elisabetham cognatam suam, hæc per illius præsentiam adeo Spiritus Sancti gratia repleta fuit, ut filius ejus Joannes adhuc in utero jacens a peccato originali mundatus & sanctificatus exultaverit; *Doctrina*: Quem MARIA vifitat, illi non levis, sed specialis ac maxima gratia accedit.

2. MARIA tanquam Mater Domini scilicet Christi vifitavit Matrem servi nempe Joannis, ita quidem, ut hæc admirabunda exclamaverit: unde hoc mihi, ut Mater Domini veniat ad me? *Doctrina*; humilitas vera fervire cupit, non dominari.

3. MARIA teste sacro textu festinanter trans montana ivit; *Doctrina*; MARIA cito, & festinanter miseris succurrit, imo sæpe, antequam invocatur, auxilio suo præsto est.

4. MARIAM nec longa, nec rauca & aspera via deterruit; *Doctrina*: Vocationem aut inspirationem Divinam sequi debemus etiam cum molestia & importunitate nostra.

5. MARIA ingressa est domum Zachariæ a piis ac sanctis personis inhabitatam; *Doctrina*: Domos suspectas ingredi, & personas malitiosas visitare valde periculosum est.

6. Dum MARIA in itinere erat, nemo novit, eam esse Christi Matrem, sed in domo Zachariæ statim agnoscebatur; *Doctrina*: Ita MARIA tantum agnoscitur, & colitur in vera Ecclesia.

Oratio.

O MARIA! tu vere es Mater misericordissima, & talem te exhibuisti præcipue tunc, cum non obstante longa, periculosa ac aspera via visitasti cognatam tuam Elisabetham; Nimirum instituisti hanc visitationem, ut per tuam & filii tui præsentiam domui Zachariæ salus fieret. Ah! etiam me sæpius visita cum gratia tua o Mater misericordiæ! & effice, ut sicut Joannes a peccato originali, ita anima mea ab omni peccato actuali per assistentiam tuam mundetur, ita, ut DEUS in sacra communionem dignum in ea habitaculum inveniat, ibique cum gratia sua semper permaneat,
Amen.

Festo

Purificationis **MARIÆ.**

Puncta Meditationis.

1. **M**ARIA elapsis post Christi nativitatem quadraginta diebus cum Josepho & filio suo accessit Jerusalem, & licet esset Mater purissima, nihilominus more aliarum Matrum Sacerdoti se sistebat; *Doctrina*: Quanto magis Sacerdoti se sistat peccator impurus, dum ei se sistit Mater purissima?

2. **M**ARIA implevit legem purificationis, a qua tanquam Mater purissima, & simul tanquam Mater Legislatoris exempta fuit; *Doctrina*: Væ illi! qui legem non servat, cui subiectus est.

3. **M**ARIA servavit legem purificationis, ut nemo sciret, quod sit Virgo aut Mater Christi; *Doctrina*: Virtus pallio humilitatis occultari debet, ne per inanem gloriam maculetur.

4. Christus teste hodierno Evangelio a Simone lux ad illuminationem gentium appella-

tur; *Doctrina*: Igitur recte hoc festo cerei accenduntur ad denotandum, quod a Christo illuminari cupiamus.

5. Per ceram etiam intelligi potest corpus Virgineum, per lychnum anima pura, per flammam intensissima Charitas *MARIÆ*; *Doctrina*; Cui in mortis agone hæc lux lucet, ille sine dubio tenebras infernales evadet.

Oratio.

O MARIA! quam multas & magnas virtutes in Te, econtra quam multa & magna vitia in me invenio? Tu purificari voluisti, cum tamen nunquam ulla macula inquinata fueris? & ego plenus peccatorum maculis cum tædio Sacerdotem accedo, ac levissimam mundandæ conscientiaë curam habeo? Tu legem implevisti, a qua tamen exempta fuisti, & ego legem & mandata Divina, ad quorum observationem gravissime obligor, sæpe incurius transgredior? Ah! impetra mihi gratiam, ut deinceps libentius mori, quam legem DEI graviter violare velim,
Amen.

Festo

Assumptionis MARIÆ.

Puncta Meditationis.

1. **C**um MARIA ob excessum Charitatis vivere desiit, & tempus advenit, quo assumeretur in coelum, teste Bernardo omnes Angeli & Sancti Ei obviam venerunt; *Doctrina*: Quam pia & sancta nostra est vita, tam gloriosus etiam erit noster in coelum ingressus.

2. Non solum Angeli & Sancti, sed Christus ipse Matrem suam in coelum comitatus est; *Doctrina*: a Divino ac sanctissimo hoc filio discant filii honorare parentes suos.

3. MARIA inter jubila & cantica Angelorum & Sanctorum omnium coelum ingressa est: *Doctrina*: Quam omnes Cœlites venerantur, illam jure merito etiam omnes homines colant.

4. MARIA in cœlo elevata est super omnes Angelos & Sanctos, ac tanquam Regina cœli sedet juxta thronum Christi Regis; *Doctrina*: Quo altius elevata est, eo melius nos videt in hac lacrymarum valle, & quo propior Christo est, eo magis intercedere pro nobis potest tanquam advocata nostra, & sagittas irati Numinis a nobis avertere.

Oratio.

O MARIA! Domina potentissima! in coelum cum corpore & anima assumpta, ac super omnes Angelos & Sanctos elevata, coeli, terræque Regina gloriosissima! per sacrum tuum, quem in coelum fecisti, triumphum suppliciter te rogo, ut a supremo tuo throno in me miserum hominem oculos tuos misericordes semper convertas, in periculis corporis & animæ me defendas, devotionem & charitatem erga te, tuumque filium in me semper magis accendas, & quamdiu in hac lacrymarum valle ambulo, gressus meos ad viam salutis ita dirigas, ut post hanc ærumnosam ac miseram vitam obtineam aliam, scilicet vitam novam, felicem, & æternam, Amen.

Festo Nominis *MARIÆ* vide Titulum: *Santa MARIA.*

Festo Matris dolorosæ vide Titulum: *Regina Martyrum.*

F I N I S.



9789

